




1
6
433









JOANNIS MEURSI

CYPRUS,

SIVE,


De illius insulæ rebus, & antiquitatibus,

LIBRI II.



AMSTELODAMI,

Apud ABRAHAMUM WOLFGANGUM, 1675.



JOANNIS MEURSI

CYPRUS.

SIVE,

De ejus insulæ rebus, & antiquitatibus,

LIBER I.

CAP. I.

De Cypro, ejusque rebus, Scriptores varii. Alexander. Androcles. Aristoteles. Asclepiades. Homerus, sive ille est Stasinus, ejus gener, cui ipse dotis nomine tradidisse memoratur, sive etiam Hegesias. Hellanicus. Menander. Palæphatus. Philostephanus; ac de eo Auctor magni Etymologici emendatus. Xenophon.

DE Cypro insulâ, atque ejus item rebus, multi adeò scripsere. In his fuit,

Alexander. Stephanus, in Χυτροί. Χυτροὶ, Κύπρου πόλις· ἣν ὠνομάσθαι μὲν Ξεναγόρας φησὶν ἀπὸ Χύτρου, τοῦ Ἀλέδρου, τοῦ Ἀκάμαντος. ὁ πολίτης, Χύτριος. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου. *Chytri, Cypri urbs: quam Xenagoras quidem dicit appellatam à Chytro, Aledri filio, Acamantis nepote. civis, Chytrius. Alexander, in opere De Cypro.*

Androcles. Isacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστία, ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, λέγει, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας, οἳ εἶχον κέρατα. *Dicebatur verò etiam Cerastia, ut quidem Androcles est auctor, in Opere De Cypro, quod inhabitarent eam viri, qui habebant cornua.*

Aristoteles. Harpocration, in Ἄνακτες καὶ ἄνασσαι. Ἀριστοτέλης, ἐν

 τῇ

τῇ Κυπρίων πολιτείᾳ. *Aristoteles, in Cypriorum Republicâ.* Citat quoque Suidas, in iisdem dictionibus.

Asclepiades. Porphyrius, De Abst. lib. IV. Λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, ταῦτα. *Refert verò Asclepiades, in Opere De Cypro, ista.*

Homerus. Etenim inter ejus Opera etiam Κύπρια, sive *Cypria*, à Suida commemorantur, in ὅμηρος. Sed Herodoto id negatur, lib. II. Καὶ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα, καὶ τόδε τὸ χωρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα δηλοῖ, ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπη ἐστὶ, ἀλλ' ἄλλου τινός. *Itaque cùm hi versus, tum verò hic locus, non minimum, immò maximè probat, Cypria carmina non Homeri, sed alterius cujuspiam, esse.* Estque

Stasinus, gente Cyprius, cui Opus illud tribuunt. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Τὴν δὲ ἱστορίαν τῶν Διοσκούρων καὶ Στασῖνος, ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκὼς, γράφει. *Historiam verò Dioscurorum etiam Stasinus scribit, qui Cypria fecit.* Alii dicunt, Homeri quidem id Opus esse, sed Stasino, genero suo, dotis nomine dedisse. Joannes Tzetzes, Chil. XIII. cap. ccccxcvj.

Σερίφων, καὶ Θεόλαος, υἱοὶ δὲ τοῦ Ὁμήρου,
Θυγάτηρ Ἀρσεφόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος,
Στασῖνος, ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
Ἅπερ οἱ πλείους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,
Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.
Seriphon autem, & Theolaus, filii Homeri;
Filia verò Arsephone, quam duxit Stasinus,
Stasinus, qui Cypria volumina conscripsit.
Quæ quidem plerique dicunt Homeri fuisse,
In dotem verò cum pecuniis data esse Stasino.

Idem dicit Proclus, in Chrestom. Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων· καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον· οἱ δὲ, Ἡγησίαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν· οἱ δὲ, Ὅμηρον· δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ. *Ait verò etiam de quibusdam Cypriis poëmatibus; & hæc quidem aliqui, ad Stasinum referunt: aliqui verò, Hegesiam illis Salaminium inscribunt: alii autem, Homerum; sed Stasino illum dedisse*

dedisse pro filiâ. Et Hegesiæ, cujus hîc occurrit mentio, etiam meminit Athenæus, lib. XV. Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται μὲν ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. *Florum verò coronariorum meminit & poëmatum Cypriorum auctor, Hegesias, aut Stasinus.* Vides hîc incertitudinem: ob quam etiam sine auctore ea nominant, Aristoteles, De Poëticâ; Clemens, in Protreptico; & Homeri Scholiastes, ad Iliados ό.

Hellanicus. Stephanus. Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν· ὡς Ἑλλάνικος, ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. *Carpasia, urbs Cypri, quam Pygmalion condidit: ut Hellanicus tradit, in Cypriacis.*

Menander. Etymologici Auctor. Ἐκαλεῖτο δὲ (ἡ Κύπρος) καὶ Κεραστία· ὡς Μένανδρος ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, λέγει. *Vocabatur verò (Cyprus) etiam Cerastia: ut ait Menander, in Opere De Cypro.*

Palæphatus, Abydenus. Suidas. Παλαίφατος, Ἀβυδηνὸς, ἱστορικός· (ἔγραψε) Κυπριακὰ Δηλιακὰ, Ἀττικά. *Palæphatus, Abydenus, Historicus: (scripsit) Cypriaca, Deliaca, Attica.*

Philostephanus. Isacius Tzetzes, in Lycophronem. Ἡ Κύπρος πρότερον Σφήκεια ἐκαλεῖτο· ὡς φησι Φιλοστέφανος, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου. *Cyprus priùs Sphecea dicebatur: ut ait Philostephanus, in Opere de Cypro.* Clemens Alexandrinus, in Protreptico. Καὶ τοῦτο Φιλοστέφανος ἱστορεῖ, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου. *Et hoc Philostephanus tradit, in Opere de Cypro.* Arnobius, lib VI. *Philostephanus, in Cypriacis, auctor est.* Ac videtur emendandus Etymologici Auctor esse: Σφήκεια, ἡ Κύπρος· πρότερον γὰρ, Σφήκεια ἐκαλεῖτο· ὡς Φιλοστέφανος, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου. *Sphecea, Cyprus; priùs enim, Sphecea appellabatur: ut Philostephanus, in Opere De Cypro.* Hodie editur: ὡς φησὶ Στέφανος, ἐν τῷ Π. Κ. *Ut ait Stephanus, in Opere D. C.* Non occurrit, qui De Cypro Stephanum scripsisse tradat: neque quenquam hactenus legi, qui citaret.

Xenophon, Cyprius. Suidas. Ξενοφῶν, Κύπριος, ἱστορικός. (ἔγραψε) Κυπριακά. *Xenophon, Cyprius, historicus. (scripsit) Cypriaca.*

CAP. II.

Dicta à Cypro, Cinyræ filiâ; sive, ut alii volunt, filio: aut à flore illic, cypro: sive etiam urbe Cypro, Cypridéve. Anteà Cryptus, atque unde, appellata. Stephani locus emendatus. Cerastia quoque, & Cerastias, aut Cerastis, nominata: sive ab eminentiis, quæ Κέρατα *Græcis; sive ab hominibus illic cornutis. Etymologici Auctor correctus. Hospites ibi immolati: & offensa inde Veneris, cornuaque incolarum.*

Nomen illi datum volunt, à Cypro, Cinyræ filiâ. Constantinus Porphyrogeneta, Them. Orient cap. xv. Ἐκλήθη δὲ (ἡ Κύπρος) ἀπὸ Κύπρου, τῆς θυγατρὸς Κινύρου. *Appellata verò (Cyprus) à Cypro, filiâ Cinyræ.* Vel à flore illic, cypro. Stephanus. Κύπρος, νῆσος μεγάλη, ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ· ἀπὸ Κύπρου, τῆς θυγατρὸς Κινύρου, ἢ ἀπὸ τοῦ φυομένου ἄνθους, κύπρου. *Cyprus, insula magna, in Pamphylio sinu: à Cypro, filiâ Cinyræ; vel à flore illic enascente, cypro.* Eustathius, filium Cinyræ commemorat Cyprum, in Dionysium. Τινὲς δέ φασι, Κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου, υἱοῦ Κινύρου· ἢ ἀπὸ ἄνθους ἐκεῖ πολλοῦ φυομένου, κύπρου καλουμένου. *Quidam verò ajunt, Cyprum nominatam à Cypro, filio Cinyræ: vel à flore, qui hic multus nascitur, Cyprus dictus.* Alii, ab urbe Cypro nomen accepisse volunt. Honorius, De Mundi Imag. lib. I. cap. xxxiv. *In mediterraneo mari est Cyprus insula, contra Syriam, à Cypro civitate dicta.* Isidorus, Orig. lib XIV. cap. vj. *Cyprus insula, à civitate Cypro, quæ in eâ est, nomen accepit.* Gobelinus Persona, Cosmodromii Æt. I cap. vj. *Cyprus, est insula, & regnum, à Cypro civitate sic dicta.* Sunt qui & à Cypride sic nuncupatam esse velint. Zonaras, Annal. Tom. I. Ἡ Κύπρος αὕτη ἐστὶ, παρ' Ἑλλήνων οὕτω κληθεῖσα, διὰ τὴν παρ' αὐτοῖς θεὸν. τὴν Ἀφροδίτην γὰρ, Κύπριν προσηγόρευσαν. *Hæc Cyprus est, à Græcis ita dicta, propter Deam, quæ apud ipsos colitur: Venerem enim, Cyprin dicunt.* Nonnus, Dionysiac. lib. XIII.

κύπρον, εὐπτερύγων θεοδέγμονα νῆσον ἐρώτων,
κύπριδ☉ αὐτιγόνοιο φερώνυμον. ———
Cyprum, benè alatorum deos excipientem insulam amorum,
Cypridis illic natæ nomen ferentem. ———

Varia autem ejus nomina: inter quæ & erat

Cryptus, Plinius, ubi de Cypro agit, lib. V. cap xxxj. *Vocatam antè Acamantida (tradit) Philonides; Cerastin Xenagoras, & Aspeliam, & Amathusiam, & Macariam; Astynomus Crypton, & Coliniam.* Causam addit Stephanus, qnod sub mari sæpè occultata fuerit. Ἀςύνομος δὲ φησὶ, κρυπτὸν κεκλῆσθαι, (τὴν κύπρον,) διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης. *Astynomus verò ait, Cryptum appellatam, (Cyprum) quod sub mari sæpenumerò occultetur.* Ita enim hîc emendo; quippe perperàm editur, κύπτον, *Cyptum.* Firmat etymologia, & auctoritas Pliniana: tum Eustathius, in Dionysium. οἱ δὲ, de hâc insulâ agit, κρυπτόν ποτε κληθῆναι αὐτὴν λέγουσι, διὰ τὸ κεκρύφθαι ὑπὸ θαλάσσης. *Hi verò, Cryptum eam aliquando vocatam dicunt, quod sub mari sit occultata.* Aliam causam videtur assignare Phurnutus, De Nat. deorum, ubi de Venere. Ἐκ τούτου δὴ καὶ ἱερὰ τῆς Ἀφροδίτης ἡ τῶν Κυθήρων νῆσος εἶναι δοκεῖ. τάχα δὲ καὶ ἡ Κύπρος, συνᾴδουσά πως κατὰ τοὔνομα τῇ κρύψει. *Inde insula Cytherorum Veneri videtur sacra: ac fortasse etiam Cyprus, nomine suo occultationem referens.* Dicebatur etiam

Cerastia. Etymologici Auctor. Ἐκαλεῖτο (ἡ κύπρος) καὶ Κεραςία. *vocabatur (Cyprus) etiam Cerastia.* Eustathius, in Dionysium. Ὅτι δὲ καὶ Σφήκεια ἐκλήθη (ἡ Κύπρος) ποτὲ, καὶ Κεραςία, ὁ Λυκόφρων δηλοῖ. *Quod verò etiam Sphecea olim (Cyprus) sit vocata, & Cerastia, Lycophron manifestum facit.* Lycophronis autem, quem respexit, locus iste est.

Οἱ πέντε δὲ Σφήκειαν εἰς Κεραςίαν,
Καὶ Σάτραχον βλώξαντες, Ὑλάτου τε γῆν,
Μορφῶ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν.
Quinque verò in Spheceam Cerastiam,
Et Satrachum venientes, Sylvanique terram,
Morphonem accolent Zerinthiam.

Aliis, *Cerastias* dicitur. Hesychius. κεραςιάς, ἡ κύπρος ποτέ. *Cerastias,*

rastias, *Cyprus olim.* Rursum aliis, *Cerastis.* Ita habes apud Plinium, in citatis antè verbis: & apud Nonnum, Dionys. lib. V.

——— Κεραστίδος ἔνδοθι Κύπρου.
——— *Cerastide in Cypro.*

Et lib. XIII.

——— Κεραστίδος εἰς χθόνα Κύπρου.
——— *Cerastidis in terrâ Cypri.*

Ac profertur nominis ejus duplex ratio: vel quod eam habitarent quidam homines cornuti; vel quod promontoria, Græcis appellata κέρατα, multa haberet. Isacius Tzetzes, in Lycophronem. Ἐκαλεῖτο ἡ (ἡ Κύπρος) καὶ Κεραστία, ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, λέγει, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας, οἳ εἶχον κέρατα· ὡς δὲ Ξεναγόρας, ἐν τῷ Περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐξοχὰς, ἃς κέρατα καλοῦσι. *Vocabatur verò (Cyprus) etiam Cerastia; ut quidem Androcles ait, in Opere De Cypro, quod inhabitant eam viri cornua habentes: ut Xenagoras verò auctor, in Opere De insulis, quod eminentias multas habeat*, κέρατα *Græcis, sive Cornua, appellatas.* Corrigendus sanè Auctor Etymologici, ubi de hâc ipsâ Cypro, & his ipsis adeò verbis. Ἐκαλεῖτο καὶ (ἡ Κύπρος) Κεραστία· ὡς μὲν Ἀνδροκλῆς, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, λέγει; & quæ posteà sequuntur, eadem cum Tzetzæ verbis, quæ produxi. *Appellabatur etiam (Cyprus) Cerastia: ut quidem Androcles ait, in Opere De Cypro, &c.* Quippe malè hodie editur: ὡς Μένανδρος, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, λέγει. *ut Menander, in Opere De Cypro ait.* Ac de cornutis quidem hominibus, Nonnus etiam testatur, Dionysiac. lib. V.

Ἔνθεν ἀεξιτόκοιο Κεραστίδος ἔνδοθι Κύπρου
Φηρῶν εὐκεράων διδυμόχροος ἔδρακε φύτλη.
Unde prolificâ in Cerastide Cypro
Ferarum benè cornutarum bicolor effloruit generatio.

Et Ovidius, Metamorph. lib. X.

At si fortè roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuisse velit Propœtidas, annuat æquè,
Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat, unde etiam nomen traxere Cerastæ.

Inde causam addit, ab hospitibus immolatis: quâ de re mox sum dicturus, cap. viij.

CAP.

CAP. III.

Dicebatur etiam, Amathusia. Aspelia. Macaria. Colinia. Sphecéa. ob inhabitantes homines, qui appellabantur Σφῆκες, *sive* Vespæ. *Meionis; sive, Mionis. Acamantis. Paphus. Aëria. Ophiusa; ob serpentes, ibi plurimos: ex quibus enati homines,* ὀφιογενεῖς *vocati. Exagon, legatus ad Romanos, ejusque factum. Chetima. Citium. Justiniana* II: *ita dicta à Justiniano Imp. in honorem conjugis suæ, Theodoræ.*

Dicebatur etiam, *Amathusia.* Stephanus. ἐκαλεῖτο δὲ (ἡ κύπρος) καὶ Κεραςὶς, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν, καὶ Κεραςιὰς, καὶ Ἀμαθουσία. *Vocabatur autem (Cyprus) etiam Cerastis, quod multa habeat promontoria; & Cerastias, & Amathusia.* Plinius, lib. V. cap xxxj. *Vocatam antè (Cyprum) Acamantida, (tradit) Philonides; Cerastin Xenagoras, & Aspeliam, & Amathusiam, & Macariam.*

Aspelia. Vides in citatis statim verbis Plinii.

Macaria. Habes in iisdem.

Colinia. Occurrit apud eundem Plinium, loco citato. *Astynomus (vocatam Cyprum dicit) Crypton, & Coliniam.*

Sphecéa. Hesychius. Σφήκεια, ἡ Κύπρος τὸ πρότερον. *Sphecéa, Cyprus priùs.* Eustathius, in Dionysium. Καὶ Σφήκεια (ἡ Κύπρος) ἐκλήθη ποτέ. *Et Sphecéa olim (Cyprus) dicebatur.* Rationem nominis dat Auctor Etymologici, quòd in eâ olim habitârint homines, Σφῆκες, sive *Vespæ*, dicti. Σφήκεια, ἡ κύπρος. πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων ἐκεῖσε ἀνδρῶν, οἱ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. *Sphecéa, Cyprus. priùs enim Sphecéa appellabatur, à viris ibi habitantibus, qui Spheces dicebantur.* Quæ totidem verbis Isacius Tzetzes, ad Lycophronis illum versum,

Οἱ πέντε δὲ Σφήκειαν εἰς Κεραςίαν.

Quinque verò in Sphecéam Cerastiam.

Meminit nominis etiam Nonnus, Dionysiac. lib. XIII.

Οἵ τ' ἔλαχον Σφηκείας ἁλίκτυπον ἄντυγα νήσου.

Quique sortiti erant Sphecea insulæ marginem à mari verberatum.

Memi-

Meminit quoque Stephanus, in κύπρος, & Σφήκεια.

Meionis. Stephanus. Καὶ Ἀμαθουσία, (ἐκαλεῖτο ἡ Κύπρος,) καὶ Μηϊονίς. *Et Amathusia, (vocabatur Cyprus) & Meionis.* Apud Hesychium, ejecto η, scribitur; Μίονες, Κύπριοι. *Miones, Cyprii.*

Acamantis. Occurrit apud Plinium, lib. I. cap. xxxj. & Stephanum, in κύπρος.

Paphus. Æthicus, ubi agit de insulis famosis Oceani septentrionalis. *Item Cypros, vel Paphos.* Antonius, in Itinerario. *Insula Cyprus, sive Paphos, Veneri consecrata, in Carpathio mari.*

Aëria. Hesychius. Ἀερία, ὁμίχλη, παρὰ Αἰτωλοῖς. Θάσον τε τὴν νῆσον, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Κρήτην, καὶ Σικελίαν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Κύπρον, οὕτως ἐκάλουν. *Aëria, nebula, apud Ætolos. Etiam Thasum insulam, & Ægyptum, & Libyam, & Cretam, & Cyprum, ita vocabant.*

Ophiusa. Apparet ex Ovidio; qui Cyprum ideò *Ophiusia arva* vocat, Metamorph. lib. X.

Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva, parabat
Deserere alma Venus. ——

Inde nomen, quod haberet plurimos angues: unde & ὀφιώδης, *Anguibus abundans*, dicitur à Nicæneto, apud Parthenium, Erotic. cap. xj.

—— φεύγων ὀφιώδεα Κύπρον.
—— *fugiens anguibus abundantem Cyprum.*

Quin & homines illic quidam anguibus nati, unde & ὀφιογενεῖς dicti, tradebantur, contra venena validi: è quorum familiâ erat Exagon, à Cypriis legatus Romam. Plin lib. XXVIII. cap. iij. *Quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex his familiis, quæ sunt terrori serpentibus: tactu ipso levant percussos, suctuve modico. Quorum è genere sunt Psylli, Marsique, & qui Ophiogenes vocantur in insulâ Cypro: ex quâ familiâ legatus, Exagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causâ, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.*

Chetima, ab Hebræis. Josephus, Antiqu. Jud. lib. I. cap. vij. Χέθιμος δὲ, Χεθιμὰ τὴν νῆσον ἔσχεν. Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται. *Chetimus verò, Chetima insulam, quæ nunc Cyprus appellatur, occupavit.*

Zona-

Zonaras, Annal. I. Χετιμὰ δὲ τὴν νῆσον, συνῴκισεν ὁ Χετίμ. ἡ Κύπρος αὕτη ἐςὶ παρ' Ἑλλήνων ὅτω κληθεῖσα. *Chetima verò insulam, Chetim incoluit: estque hæc Cyprus, sic à Græcis appellata.* Theodoretus, in Hieremiam, cap. ij. *Porrò Chetim vocat Cyprum.* Est etiam videre apud Gotfridum Viterbiensem, Chronici Parte III. *Chetima insula, dicta est à Chetim Cyprus insula, & omnia loca maritima, olim in Græco dicta sunt Chetim.* Ex hâc voce detortum

Citium, quo nomine etiam Cyprum dictam, refert Epiphanius, Adv. Hær. Tom. II. lib. I. Παντὶ δὲ τὸ δῆλόν ἐςιν, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται. *Unicuique verò manifestum est, Citium vocari insulam Cypriorum.*

Justiniana II. Codinus, De Offic. Constantinop. Δευτέρα Ἰουςινιανή, ἐςιν ἡ Κύπρος· καὶ τρίτη, Καρχηδών. *Secunda Justiniana, est Cyprus: ac tertia, Carthago.* Et Justinianus quidem illud ei nomen dedit, in honorem Theodoræ, conjugis suæ inde ortæ: uti auctor Nicephorus Callistus, Hist. Eccles. lib. XVII. cap. xxviij.

CAP. IV.

Ejus præstantia; & vini, olei, frumenti, ac metalli abundantia; tum & aliarum rerum, ut exstruere navem possent insulani, & instruere universam. Horatii locus explicatus, & Porphyrionis error indicatus. Cervi è Syriâ huc tranabant, ob insignem illic pastum. Ac Romani, propter opum excellentiam, invadendæ occasionem arripuere. Conon quoque in exilium voluntarium huc concessit.

Erat verò magna insulæ præstantia; maximaque copia vini, olei, frumenti & æris. Strabo, lib. xiv. Διάκειται μὲν ὅτως ἡ Κύπρος τῇ θέσει· κατ' ἀρετὴν δὲ, ὀδεμιᾶς τῶν νήσων λείπεται. καὶ γὰρ εὔοινός ἐςι, καὶ εὐέλαιος· σίτῳ τε αὐτάρκει χρῆται. μέταλλά τε χαλκᾶ ἐςιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ. *Ac situs quidem ita sese Cypri habet: præstantiâ verò, nulli insularum cedit. nam & vini, oleique, est ferax: ac frumento utitur sufficienti, eoque suo. Metalla quoque copiosa sunt Tamassi.* Breviter Eustathius, ex Strabone isto ipso, in Dionysium. Ἡ Κύ-

πρὸς οὐδεμιᾶς νήσου λειπομένη τῇ ἀρετῇ. *Cyprus nulli insularum bonitate inferior.* Et mox. ὀλβιώτατοι νησιωτῶν οἱ Κύπριοι. *Beatissimi insularum Cyprii.* Ammianus Marcellinus, eam rerum omnium fertilitatem dicit illic exstitisse, ut & struere navem totam, & instruere, potuerit, lib. xiv. *Tanta autem, tamque multiplici, fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut, nullius externi indigens adminiculi, indigenis viribus, à fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem, omnibusque armamentis instructam mari committat.* Itaque *Trabem*, sive *navem*, *Cypriam* dicit Horatius, lib. I. Od. I.

Nunquam dimoveas, ut trabe Cypriâ
Myrtoum pavidus nauta secet mare.

Quo in loco errat graviter Porphyrion, cùm sic exponit. *Trabe Cypriâ. Pro Cypro, ferro abundante. Cypriis enim clavis naves figuntur.* Immò simpliciter, *Trabem Cypriam* dicit, navem, in Cypro factam; vel, exstructam è materiâ quam suppeditavit Cyprus. Ælianus, nec Ægypto quicquam bonitate eam cedere tradit. Hist. Anim. lib. V. cap. lvj. Καὶ λέγουσί γε Κύπριοι εὔγεων οἰκεῖν χῶρον, καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀρούραις τολμῶσιν ἀντικρίνειν τὰς σφετέρας. *Et ajunt Cyprii, se bonæ terræ regionem incolere, nec Ægyptiis concedere ullo modo de agrorum bonitate.* Inde etiam, ob nascentes illic herbas, & egregia item pascua, cervi huc è Syriâ commeare soliti. Ælianus, loco citato. Στέλλονται γὰρ (οἱ ἐν Σύροις ἔλαφοι) ἐπὶ τὴν Κύπρον, πόθῳ πόας τῆς ἐκεῖ. λέγονται γὰρ εἶναι βαθεῖαι, καὶ νομὰς ἀγαθὰς ἔχειν. *Transeunt verò (Syriæ cervi) in Cyprum, propter herbam, quæ hîc nascitur; nam altissima memoratur, pabulumque bonum exhibet.* Uno verbo omnia Virgilius exprimit, cùm *opimam* eam dicit, Æneid. lib. I.

——— *genitor tum Belus opimam*
Vastabat Cyprum. ———

Cicero eam *teneram* dicit, ubi loquitur de Cypro, ad Atticum, lib. VI. epist. ij. *Quid tandem isti mali in tam tenerâ insulâ non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante adventum meum non fecerunt? inclusum in curiâ senatum habuerunt Salaminium, ita multos dies, ut interierint nonnulli fame.* Valerius Maximus, urbes ejus *fertilissimas delitiarum* dicit, de eâ loquens, lib. IV. cap. iij. *Ferti-*

Fertilissimæ delitiarum tot egregiæ urbes, necessaria totius navigationis diverticula erant. Opes ejus excellentes memorantur Sexto Rufo, in Breviario; ac fuisse illam causam, cur invaderent Romani. *Cyprus, famosa divitiis, paupertatem populi Romani, ut occuparetur, sollicitavit. Eam rex fœderatus, Ptolemæus, regebat: sed tanta fuit penuria ærarii Romani, & tam ingens fama opum Cypriarum, ut, lege latâ per Publium Clodium, tribunum plebis, Cyprus confiscari juberetur.* Certè, ob rerum affluentiam, ac præstantiam, sedem hic Cononem sibi voluntarii exilii elegisse planè puto. Eum autem huc migrasse, refert nobis Athenæus, lib. XII. Διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν. Ἰφικράτης μὲν, ἐν Θρᾴκῃ· Κόνων δὲ, ἐν Κύπρῳ· Τιμόθεος δὲ, ἐν Λέσβῳ· Χάρης δὲ, ἐν Σιγείῳ· καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας, ἐν Αἰγύπτῳ. *Itaque multi inter illos (Athenienses) illustres vitam agere extra urbem elegerunt: Iphicrates quidem, in Thraciâ; Conon, in Cypro; Timotheus, in Lesbo; Chares, in Sigéo; & ipse Chabrias, in Ægypto.* Æmylius Probus, in Vitâ Chabriæ. *Chabrias, quoad ei licebat, plurimùm aberat. Neque verò solus ille aberat libenter Athenis, sed omnes ferè principes fecerunt idem: quod tantùm se ab invidiâ putabant afuturos, quantum à conspectu suorum recessissent. Itaque Conon, plurimùm Cypri vixit; Iphicrates, in Thraciâ; Timotheus, Lesbi; Chares, in Sigeo.*

CAP. V.

Ejus portus. Alta, ventosa, & silvosa; ut initio vix fruges ferret: ad quas quomodò ferendas posteà sit apta facta. Similis ovinæ pelli, scuto Gallico, & delphini. Magnitudine, inter insulas majores, sexta; sive etiam decima: deque eâ variæ sententiæ Auctorum dictæ.

Abundabat quoque portubus; quos habebant urbes decem; Lapathus, Carpasia, utraque Arsinoë, utraque Paphus, Leucolla, Citium, Curium, Soli: ut videre apud Strabonem, lib. XIV: ac mox ipse singillatim etiam dicam, suo loco, cùm de ur-

 bibus

bibus sum acturus. Itaque *Portuosa* dicitur Ammiano Marcellino, lib. XIV. *Cyprum itidem insulam, procul à continenti discretam, & portuosam, inter municipia crebra urbes duæ faciunt claram, Salamis, & Paphus.* Hinc & φιλορμίστειρα, seu, *portuum amans*, Venus dicitur, Cypri præses, Philodemo, in Epigrammate, quod exstat Anthologiæ lib. I. cap. xxxj.

Κύπρι φιλορμίστειρα, φιλόργια, σῶζέ με Κύπρι
Ῥωμαϊκοὺς ἤδη δέσποτι πρὸς λιμένας.

Cypri amans portuum, & orgiorum, salvum me perduc Cypri
Romanos jam domina ad portus.

Orpheo Ἀπεινὴ, *Celsa* dicitur, in Argonauticis.

Αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην.
Celsamque Cyprum, & Adonæam Venerem.

Et Ἠνεμόεσσα, *Ventosa*, in eodem Opere.

Σαρδώ τ', Εὔβοιάν τ', ἐπὶ δὲ Κύπρον ἠνεμόεσσαν.
Sardiniamque, & Eubœam, tum etiam Cyprum ventosam.

Antiquitus tota quasi silvis obsita erat, ut nec coli ideò posset: sed, donato incolis agrorum spatio, quod arboribus vacuum facerent, tandem apta ad colendum reddita fuit. Strabo, lib. XIV. φησὶ δ' Ἐρατοσθένης, τὸ παλαιὸν ὑλοκομούντων τῶν πεδίων, ὥστε κατέχεσθαι δρυμοῖς, καὶ μὴ γεωργεῖσθαι, μικρὰ μὲν ἐπωφελεῖν πρὸς τοῦτο τὰ μέταλλα, δενδροτομούντων πρὸς τὴν καῦσιν τοῦ χαλκοῦ, καὶ τοῦ ἀργυρίου. προσγενέσθαι δὲ καὶ τὴν ναυπηγίαν τῶν στόλων, ἤδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θαλάττης, καὶ μετὰ δυνάμεων. ὡς δ' οὐκ ἐξενίκων, ἐπιτρέψαι τοῖς βουλομένοις, καὶ δυναμένοις, ἐκκόπτειν, καὶ ἔχειν ἰδιόκτητον, καὶ ἀτελῆ, τὴν διακαθαρθεῖσαν γῆν. *Eratosthenes ait, cùm insulæ ejus campi quondam silvescerent majorem in modum, ita ut agri, arboribus occupati, coli haud possent, non ita multum auxilii tulisse eos, qui, ad æs argentumque conflandum, arbores cædebant. accessisse posteà navium fabricationem, & classium, cum jam tutò mare navigaretur, idque classibus. sed, cùm ne sic quidem evincerent, ut arbores, qui vellent, ac possent, exscinderent: &, quod agri quisque, arboribus exstirpatis, perpurgasset, proprium illud, & immune, possideret.* Similem autem tradidere pelli ovis. Eustathius, in Dionysium. οὕτω δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἰκάζουσι χλαμύδι στρατιωτικῇ· οὕτω τὴν Κύπρον, δορᾷ προβάτου. *Ita Alexandriam, similem tradunt chlamydi*

di militari; Cyprum, pelli ovis. Alii autem ſcuto Gallico. Hyginus, Myth. cap. cclxxvj. *Cyprus poſita eſt inter Ægyptum & Africam, ſimilis ſcuto Gallico.* Nonnus, delphino ſimilem facit, Dionyſ. lib. XIII.

——— ἧς ποτε Κύπρῳ
Ἄκρα περιγράψας βυθίῃ γλωχῖνι τριαίνης,
Ἰσοφυῆ δελφῖνι τύπον τορνώσατο Νηρεύς.
——— *cujus olim Cypro*
Summa circumſcribens profundâ cuſpide tridentis
Similem delphini imaginem tornavit Neptunus.

Strabo, figuram ſic deſcribit, lib. citato. Ἔστι δὲ ἑτερομήκης τὸ ὅλον τῆς νήσου σχῆμα, καί που καὶ ἰσθμοὺς ποιεῖ κατὰ τὰς τὸ πλάτος διορίζουσας πλευράς. *Eſt verò figura totius inſulæ alterâ parte longior, & interdum iſthmos facit, ad latera latitudinem diſterminantia.* Quod ad magnitudinem attinet; ex majoribus ſeptem inſulis eam ſextam cenſuerunt: ſuntque in hoc veteris Auctoris verſus, quos Euſtathius producit, in Dionyſium.

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς ἔδειξεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Πρώτη μεγίστη, δευτέρα Σαρδὼ, τρίτη
Κύρνος, τετάρτη δ' ἡ Διὸς Κρήτη τροφὸς,
Εὔβοια πέμπτη στενοφυὴς, ἕκτη Κύπρος,
Λέσβος δὲ τάξιν ἑσχάτην λαχοῦσ' ἔχει.
Ex ſeptem inſulis, quas oſtendit natura
Mortalibus maximas, Sicilia quidem, ut fertur,
Prima maxima, ſecunda Sardinia, tertia
Corſica, quarta Jovis nutrix Creta,
Eubœa anguſta quinta, ſexta Cyprus,
Lesbus verò ultimum locum ſortita eſt.

Strabo, ex Timæo, tertio eam loco ponit, lib. XIV. Τὴν μείζω φησὶ Τίμαιος μεγίστην εἶναι μετὰ τὰς ἑπτὰ, Σαρδὼ, Σικελίαν, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν, Κύρνον, Λέσβον. *Majorem Timæus ait maximam eſſe poſt ſeptem illas, Sardiniam, Siciliam, Cyprum, Cretam, Eubœam, Corſicam, Lesbum.* Ptolemæus, inter decem ultimo eam loco ponit. Τῶν νήσων πρωτεύει ἡ Ἰνδικὴ Ταπροβάνη, μεγέθει, καὶ δόξῃ·

μεθ' ἣν, ἡ Βρετανική· τρίτη, ἡ χρυσῆ Χερρόνησος· τετάρτη, ἑτέρα Βρετανῶν, ἡ Οὐερνία· πέμπτη, Πελοπόννησος· Σικελία, μετ' αὐτὴν ἕκτη· ἑβδόμη, Σαρδώ· ὀγδόη, Κύρνος· Κρήτη, ἐννάτη· ἐπὶ δὲ ταύταις, ἡ Κύπρος, οὖσα δεκάτη, γίνεται τοῦ καταλόγου κορωνίς. *Inter insulas magnitudine, & famâ, prima est Indica Taprobana; post hanc, Britannia; tertia, aurea Chersonesus; quarta, altera Britannorum, Hibernia; quinta, Peloponnesus; Sicilia, post illam sexta; septima, Sardinia; octava, Corsica; Creta, nona: ad has Cyprus, quæ est decima, catalogum finit.* Speciatim verò, Strabo sic describit. Ἔστι δὲ ὁ μὲν κύκλος τῆς Κύπρου σταδίων τρισχιλίων, καὶ τετρακοσίων εἴκοσι, κολπίζοντι· μῆκος δὲ, ἀπὸ τῶν Κλειδῶν, ἐπὶ τὸν Ἀκάμαντα, πεζῇ, σταδίων χιλίων τετρακοσίων, ὁδεύοντι ἀπὸ ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν. *Circuitus Cypri, si sinus intrentur, stadiorum est trium millium, quadringentorum, & viginti; longitudo, pedestri itinere, à Clidibus ad Acamantem, ab ortu ad occasum, mille, & quadringenta.* Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Hujus (Cypri) circuitum, Timosthenes, quadringentorum viginti novem millium, & quingentorum, prodidit: Isidorus, trecentorum septuaginta quinque millium. Longitudinem, inter duo promontoria, Dinaretum, & Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus, centum sexaginta millia, & quingenta: Timosthenes, ducenta millia.* Æthicus. *Insula Cyprus, habet ab oriente, mare Syrium; ab occidente, mare Pamphylium: à septentrione, Aulone Cilicio; à meridie, Syriæ, & Phœnices, pelago cingitur. cujus spatium in longo, tenet millia passuum centum septuaginta duo; in lato, millia passuum centum viginti duo.* Orosius, lib. I. cap. ij. *Insula Cypros, in longo tenet millia passuum centum septuaginta quinque; in lato, millia passuum centum viginti quinque.* Videndus etiam est Hyginus, Mytholog. cap. cclxxvj. Vir eruditus, Martinus Crusius, in Turcogræciâ, ex relatu Stamatii Donati, tribuit illi in circuitu septingenta milliaria Cyprica; quorum duo, unum faciunt Germanicum.

CAP.

CAP. VI.

Maria, quæ circumfluxerint. Ex ſignis cœleſtibus, tauro ſubjacet. Ingens ejus calor. Veneri ſacra, quæ hîc nata à quibuſdam memoratur, vel Cytheris certè illuc appuliſſe. Olim Syriæ adhæſit: & ſub Ægypti nomine comprehenſa fuit. Dies ibi quis longiſſimus. Cadaverum impatiens, falsò à Saxone dicta. Incolæ olim ejus, Telchines: ac prætereà, Salaminii, Athenienſes, Arcades, Cythnii, Phœnicii, Æthiopes.

Maria, quæ circumfluunt, varia. Strabo, lib. XIV. ἐν δὲ ταύτῃ (τῇ θαλάττῃ) ἐστὶν ἡ Κύπρος νῆσος· τὰ μὲν προσάρκτια μέρη, συνάπτοντα ἔχουσα τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ· τὰ δὲ ἑῷα, τῷ Ἰσσικῷ κόλπῳ· τὰ δ' ἑσπέρια, τῷ Παμφυλίῳ κλυζόμενα πελάγει. τὰ δὲ νότια, τῷ Αἰγυπτίῳ. *In hoc verò (mari) eſt inſula Cyprus: cujus ſeptentrionales partes, ad aſperam accedunt Ciliciam; Orientales, Iſſico ſinu; occidua, Pamphylio; meridionalia, mari Ægyptio alluuntur.* Quod Ægyptium mare Strabo, Syriæ id, & Phœnices, dicit Oroſius, lib. I. cap. ij. *Inſula Cypros ab oriente, mari Syrio, quem Iſſicum ſinum vocant; ab occidente, mari Pamphylio; à ſeptentrione, Aulone Cilicio; à meridie, Syriæ, & Phœnices, pelago cingitur.* Eodem planè modo Æthicus, in Coſmographiâ. *Inſula Cyprus, habet ab oriente, mare Syrium; ab occidente, mare Pamphylium: à ſeptentrione, Aulone Cilicio; à meridie, Syriæ, & Phœnices, pelago cingitur.* Itaque mirum eſt, quod Manilius totam mari Ægyptio ambiri dicat, lib. IV.

Ægypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.

Antoninus, in Itinerario, in Carpathio mari ponit. *Inſula Cyprus, ſive Paphus, Veneri conſecrata, in Carpathio mari.* Ex ſignis cæleſtibus tauro ſubjacet. Hephæſtion Thebanus, ubi de tauro, in Apoteleſmaticis. Προσωκείων δὲ αὐτῷ χῶραι, κατ' Αἰγυπτίους μὲν, καὶ Δωρόθεον, ἥτε Μηδική, ἡ Ἀραβία, καὶ Αἴγυπτος· κατὰ δὲ Πτολεμαῖον, Παρθία Μηδική, Περσὶς, Κυκλάδες νῆσοι, Κύπρος νῆσος, παραλία μικρᾶς Ἀσίας. *Sub hoc regiones ſunt, ut Ægyptiis, & Dorotheo, placet, Media,*

Media, Arabia, Ægyptus: ut verò Ptolemæo, Parthia, Media, Persis, Cyclades insulæ, Cyprus insula, ora maritima Asiæ minoris. Idem dicit Ptolemæus, in Tetrabiblo; & in eum quoque Proclus. Ingentem ejus æstum, commemorat Martialis, lib. IX. epigr. xcij.

Infamem nimio calore Cyprum
Observes, moneo, precorque, Flacce,
Messes area cùm teret crepantes,
Et fulvi juba sæviet leonis.

Erat autem Veneri sacra. Himerius, in Eclog. Orat. τὴν Κύπρον οἱ ποιηταὶ θεῶν Ἀφροδίτῃ χαρίζονται, ὥσπερ τὴν Δῆλον Ἀπόλλωνι. *Cyprum poëtæ inter deos Veneri tribuunt, sicuti Apollini Delum.* Phurnutus, De Nat. deorum. Ἐκ τούτου ἱερὰ τῆς Ἀφροδίτης ἥ τε Κυθήρων νῆσος εἶναι δοκεῖ, τάχα δὲ καὶ ἡ Κύπρος. *Ex hoc insula Cytherorum sacra Veneri videtur, ac fortassis etiam Cyprus.* Antoninus, in Itin. *Insula Cyprus, sive Paphos, Veneri consecrata.* Hinc Horatius, lib. I. Od. III.

Sic te diva potens Cypri.

Homerus, Hymno in Venerem.

Αἰδοίην χρυσοστέφανον καλὴν Ἀφροδίτην
Ἄσομαι, ἣ πάσης Κύπρου κρήδεμνα λέλογχεν
Εἰναλίης. ———
Venerandam auream coronam habentem pulcram Venerem
Canam, quæ universæ Cypri ambitum sortita est
In mari sitæ. ———

Nempe, quia nata illic à quibusdam memoratur. Hesiodus, in Theogenià.

——— τὴν δ' Ἀφροδίτην,
Ἀφρογένειάν τε θεὰν, καὶ εὐστέφανον, Κυθέρειαν,
Κικλήσκουσι θεοί τε καὶ ἀνέρες, οὕνεκ' ἐν ἀφρῷ
Θρέφθη· ἀτὰρ Κυθέρειαν, ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις·
Κυπρογένειαν δ', ὅτι, γένοιτο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ.
——— *Aphroditen autem ipsam*
Et Aphrogeniam deam, & pulcrè coronatam Cythercam,
Vocant dii, hominesque, eò quod in spumà
Nutrita sit; sed Cytheream, quod appulit Cytheris:
Cyprogeniam verò, quod nata sit undosà in Cypro.

Et

Et hinc passim apud poëtas κύπρις, κυπρογένεια, & κυπρογενής, appellatur. Aut certè, quod Cytheris huc appulerit. Diodorus Siculus, lib. V. κατὰ δὲ τὴν τούτων ἡλικίαν φασὶν Ἀφροδίτην ἐκ Κυθήρων κομιζομένην εἰς Κύπρον. *Horum ætate Venerem ajunt è Cytheris in Cyprum delatam.* Et hoc ipsum etiam Hesiodus dicit, de Venere loquens.

——— πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισιν
Ἔπλετο· ἔνθεν ἔπειτα περίρρυτον ἵκετο Κύπρον.
——— *primùm verò Cytheris divinis*
Erat; inde tum circumfluam pervenit Cyprum.

Olim Syriæ adhæsisse, ut Sicilia Italiæ, perhibetur. Plin. lib. II. cap. lxxxviij. *Et hoc modo insulas natura rerum fecit. Avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ.* Quin videtur sub Ægypto comprehensa, ut Phœnice, & Cilicia. Observare licet apud eundem Plinium, lib. XVIII. cap. xxv. *Legentes tantum meminerint, brevitatis gratiâ, cùm Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas; cùm Macedonia, Magnesiam, Thraciam; cùm Ægyptus, Phœnicen, Cyprum, Ciliciam.* Longissimum verò illic diem, idem tradit, lib. VI. cap. xxxiv. *Longissimus (Cypri) dies est æquinoctialium horarum quatuordecim, atque dimidiæ, cum trigesimâ parte unius horæ.* Mirum est, imò non verum, quod Saxo tradit, cadavera eam nulla passam, lib. XII. *Rex, febri implicatus, cum vicinum sibi fatum adesse cognosceret, apud celeberrimam Cypri urbem corpus suum funerari petivit; præfatus, tellurem, aliorum cineres respuentem, suos quietiùs habituram. Igitur, pro voto tumulum nactus, corporis sui beneficio vetustam humi indignationem repressit. eamque, humanis antè cadaveribus reluctantem, non solùm suæ, sed etiam alienæ, sepulturæ patientem effecit.* Illud quoque hîc dicendum, olim à Telchinibus inhabitatam, qui è Cretâ advenissent. Strabo, lib. XIV. ἐλθεῖν δὲ (τοὺς Τελχῖνας) ἐκ Κρήτης εἰς Κύπρον. *Venisse verò (Telchinas) è Cretâ in Cyprum.* Nicolaus Damascenus, in Fragmento, apud Stobæum, Serm. xxxviij. Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι, τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντες δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ. *Homines, qui Telchines dicti, origine Cretenses, etiam in Cypro habitârunt.* Præter hos, gentes variæ incoluerunt; Athe-

nienses, Salaminii, Arcades, Cythnii, Phœnicii, & Æthiopes. Herodotus, lib. VII. Κύπριοι δὲ, παρείχοντο νέας πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. τουτέων δὲ, τοσάδε ἔθνεά ἐστι· οἱ μὲν, ἀπὸ Σαλαμῖνος, καὶ Ἀθηναίων· οἱ δ' ἀπ' Ἀρκαδίης· οἱ δὲ, ἀπὸ Κύθνου· οἱ δ', ἀπὸ Φοινίκης· οἱ δ', ἀπὸ Αἰθιοπίης, ὡς αὐτοὶ Κύπριοι λέγουσι. *Cyprii autem, naves præbebant centum & quinquaginta. Quorum populi tot sunt: hi quidem, à Salamine, & Atheniensibus; hi verò, ab Arcadiâ; hi, à Cythno; hi, à Phœnice; hi rursum, ab Æthiopiâ: sicut ipsi Cyprii dicunt.*

C A P. VII.

Urbes Cypri, in quibus Acra. Stephani locus castigatus. Æpéa; condita à Demophonte, Thesei filio, ad flumen Clarium, loco incommodo: unde pòst, Solonis suasu, in locum alium translata, à rege illic Philocypro, Σόλοι, *in honorem ejus, nominatur. Amamassus, mari circumflua: tum & agro fertilissimo. Veneri sacrata erat: & habebat malum illam, è quâ ipsa poma aurea Hippomeni dedit, cum Atalantâ certaturo. Denique Apollo hîc Hylates etiam colebatur.*

Postquam generalia quædam explicuimus, nunc & urbes hujus insulæ, loca alia, promontoria, fluviosque, singillatim exponamus. Plinius, enumerat quindecim, quæ exstarent etiam ætate suâ & tres addit, quæ jam tum intercidissent. Verba ejus ecce ista, lib. V. cap. xxxj. *Oppida in eâ*, (de Cypro agit) *quindecim: Paphos, Palæpaphos, Curias, Citium, Corineum, Salamis, Amathus, Lapethos, Solæ, Tamaseus, Epidarum, Chytri, Arsinoë, Carpasium, Golgi. Fuere & ibi Cinyria, Marium, Idalium.* Constantinus Porphyrogeneta totidem refert, sed non tamen has easdem, Them. lib. I. cap. xv. Ἐπαρχία Κύπρου τῆς νήσου, ὑπὸ κονσιλάριον, τουτέστι βουλευτήν. Πολεις, δεκαπέντε. Κουνστάντεια, μητρόπολις. Κίτιον, Ἀμαθοῦς. Κυρήνεια. Πάφος. Ἀρσινόη. Σόλοι. Λάπηθος. Κέρμια, ἤτοι Λευκουσία. Κυθαίρεια. Τάμασος, Κούρειον. Νέμεβος. Τέρμυθος, ὅθεν ὁ ἅγιος Σπυρίδων. Κάρπασος. *Præfectura Cypri, sub consulari. Urbes, quindecim: Constantia, metropolis. Citium. Amathus.*

Amathus. Cyrenea. Paphus. Arſinoë. Solæ. Lapithus. Cermia, ſive Leucuſia. Cytherea. Tamaſus. Curium. Nemebus. Trimythus, è qua ſanctus Spyridon. Carpaſus. Strabo etiam plures refert, in fine libri XIV. Mela, aliquot fuiſſe dicit, ſed tres tantum ex his nominat, lib. II. cap. vii. Ego plurimas obſervavi, ordine commemorandas. Inter illas, prima ſeſe offert

Acra: cujus meminit, inter plures nominis illius, Stephanus. Ἄκρα, Ἰαπυγίας πόλις, κατά τινας Ἰδροῦσα λεγομένη. δευτέρα ἐστὶ καὶ ἑτέρα, ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἐστὶ δὲ ἐν Ἰταλίᾳ. τρίτη, ἐστὶ Συρακουσίων κτίσμα, Εὐβοίας. *** ἕκτη, Σκυθίας· ἑβδόμη, Κύπρου. *Acra, urbs Japygiæ, ut quidam volunt, Hydruſſa dicta Eſt & alia ſecunda, portum in ſe habens, Brunduſium: eſt verò in Italiâ: Tertia, à Syracuſanis condita, in Eubœâ.* *** *ſexta, Scythiæ: ſeptima, Cypri.* Ita enim locum illum, mutilatum, & corruptum, reſcribendum eſſe puto.

Æpéa. Stephanus. Αἴπεια, πόλις Λακωνικῆς· οὕτω καὶ ἡ Κύπρου. *Æpéa, urbs Laconicæ. ſic & illa Cypri dicitur.* Quæ transſcripſit Euſtathius, ad Iliad I. Erat hæc condita à Demophonte, Theſei filio, ad amnem Clarium, loco quidem munito, ſed aſpero, & ſterili. itaque, cùm Solon eò commigraſſet, auctor Philocypro fuit, tunc illius urbis regi, uti in ſubjectum locum, magis fertilem, transferret. atque is, conſilio parens, cùm feciſſet, mox, Solonis in honorem, Solos vocat. Plutarchus, in Solonis Vitâ. Ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου, τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων· ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν, ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμὸν, ἐν χωρίοις, ὀχυροῖς μὲν, ἄλλως δὲ δυσχερέσι, καὶ φαύλοις, κειμένην. ἔπεισεν οὖν αὐτὸν ὁ Σόλων, ὑποκειμένου καλοῦ πεδίου, μεταθέντα τὴν πόλιν, ἡδίονα, καὶ μείζονα, κατασκευάσαι. καὶ παρὼν ἐπεμελήθη τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ συνδιεκόσμησε πρός τε διαγωγὴν ἄριστα καὶ πρὸς ἀσφάλειαν· ὥστε πολλοὺς μὲν οἰκήτορας τῷ Φιλοκύπρῳ συνελθεῖν, ζηλῶσαι δὲ τοὺς ἄλλους βασιλέας. διὸ καὶ τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς, Αἴπειαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσε. *Inde in Cyprum navigavit, ubì in ſummâ gratiâ fuit apud Philocyprum, quendam ex illius regionis regibus: qui habebat oppidum non magnum, à Demophonte conditum, Theſei filio, ad flumen Clarium, in munito quidem loco, verùm*

aspero, sterilique. itaque auctor fuit Solon, bono subjacente campo, ut transferret illuc urbem, & amœniorem, ac majorem, excitaret. atque præsens curam gessit, ut frequentaretur incolis: atque socius fuit regis in constituendâ eâ, cùm ad vitam, tum securitatem quoque, commodissimè tuendam: ita ut ad Philocyprum multi habitatum convenirent, aliique illud reges æmularentur. quâ de causâ & Soloni honorem habens, urbem, antè Æpéam dictam, ab ejus nomine Solos dixit. Quæ postrema verba, transcripsit Auctor Etymologici, in Σόλοι. Hipparchus, in Arati Vitâ, regem hunc non Philocyprum, sed Cypranorem, appellat. Καὶ ἀπὸ μὲν τῶν ἐν Κιλικίᾳ Σόλων, οἱ πολῖται Σολεῖς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ, Σόλιοι. μέμνηται δὲ τούτων Σόλων, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα· ὃς, συμβουλευθεὶς ὑπὸ Σό-λωνος, κτίσαι τὴν πόλιν, χάριν τοῦ ἀνδρὸς, Σόλους ὠνόμασεν. ἀμοιβὴν ταύτην νέμων τῆς συμβουλῆς αὐτῷ. *Et à Solis quidem Ciliciæ, cives dicti sunt Solenses; ab iis verò, qui in Cypro, Solii. Meminitque horum Solon, in Elegiis, quas, Cypranori regi scripsit. qui, cùm de consilio Solonis urbem condidisset, in viri gratiam, Solos dixit, hanc consilii gratiam tribuens.* Et hæc quidem de Æpéa, donec nomen istud tenuit: quæ ad Solos pertinebunt, postea dicam, suo loco.

Agidus. Vide infra, Nagidus.

Alexandria. Inter varias ejus nominis, nona à Stephano memoratur.

Amamassus. Stephanus. Ἀμάμασσος, πόλις Κύπρου. *Amamassus, urbs Cypri.* Circumluebatur autem mari; unde Εἰναλίη, *In mari sita*, dicitur Dionysio, Bassaricorum lib. III. apud Stephanum, in Ἐρύθεια.

Τέμβρον, Ἐρύθειάν τε καὶ εἰναλίην Ἀμάμασσον.

Tembrum, Erystheamque, & in mari sitam Amamassum.

Habebat verò agrum optimum, Venerique sacra erat: & ibidem malus illa, è quâ ipsa tria poma, quæ decerpserat, Hippomeni largita erat: quibus ille, in medio projectis cursu, Atalantâ superatâ potiretur. Ovidius, Metam lib. X.

Est ager, indigenæ Amamassum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quam mihi prisci
Sacravere senes, templisque accedere dotem

Hanc jussere meis. medio nitet arbor in arvo,
Fulva comas, fulvo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria fortè meâ veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu; nullique videnda, nisi ipsi,
Hippomenen adii: docuique quis usus in illis.

Et sequentia, quæ poëta ipsam Venerem dicentem fingit. Neque Venus ibi loci sola culta, verum & Apollo Hylates. Stephanus. Ἀμάμασος, πόλις Κύπρου. ἐν ᾗ τιμᾶται Ὑλάτης Ἀπόλλων. *Amamassus, urbs Cypri: in quâ colitur Apollo Hylates.* Vide eundem, in Ἐρύθεια.

CAP. VIII.

Amathus, ubi sita, & antiquissima. Dicta ab Amatho, Herculis filio; aut Amathusâ, Cinyræ matre. Amathusii, Cinyræ posteri. Cultus ibi Adonis Osiris, gemino illo nomine dictus ab Ægyptiis, ipse Ægyptius: inque ejus templo monile Harmoniæ, quod dicebant Eriphyles. Veneris quoque illic templum, ab Amatho structum, Aëriæ filio. Ac Venus quidem, specie virili cultu, & barbata, Ἀφρόδιτος *dicta. Hesychii locus emendatus, & Catulli illustratus: Sacrum,* Κάρπωσις *appellatum. Onesilus item ibi cultus. Alii, ab Amathunte urbem appellatam tradunt. Jupiter quoque ibi* Ξένιος*, cui hospites immolati. Ariadna illic culta, cognomento* Ἀφροδίτη*: ejusque lucus, in quo tumulata erat. Propœtides, quæ, Veneris irâ, cùm prostituissent corpora, mox in lapides sunt mutatæ. Triticum ibi præstantissimum, & metalla copiosa. Cæteris deficientibus, in Medorum fide sola perseverat: ut deinde in Artaxerxis. Pasicyprus, regno vendito, hîc consenuit. Rex Rhæcus, hordeum Athieniensibus post captivitatem misit. Suidæ locus restitutus. Eratosthenis Opus, De rebus Amathuntis. Ab hâc insula universa Amathusia appellata. Vocabula quædam, illi propria.*

Amathus. Suidas. Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου. *Amathus, urbs Cypri.* Lutatius, in Epitoma Metamorph. Ovid. lib. X. *Amathus oppidum in insulâ Cypro est.* In meridionali parte insulæ ponit Ptolemæus, Geogr: lib. V. Meminit verò Amathuntis, ceu unius

Cypri urbium, Strabo lib. XIV. & Amathusiorum lib. VIII. Erat verò antiquissima; & in eâ Adonis Osiris colebatur: nomen verò est adepta ab Amatho, Herculis filio; vel, ut alii, à Cinyræ matre, Amathusâ. Stephanus. Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη, ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο· ὃν, Αἰγύπτιον ὄντα, Κύπριοι, καὶ Φοίνικες, ἰδιοποιοῦνται. ἀπὸ Ἀμάθους δὲ, τοῦ Ἡρακλέους, ἐκλήθη· ἢ ἀπὸ τῆς Κινύρου μητρὸς, Ἀμαθούσης. *Amathus, urbs Cypri antiquissima, in quâ Adonis Osiris colebatur: quem, Ægyptius cùm esset, Cyprii sibi, & Phœnices, vendicârunt. Vocata verò est ab Amathe, Herculis filio; vel ab Amathusâ, Cinyræ matre.* Quod antiquitatem attinet, etiam testatur Scylax, cùm indigenas dicit cives. Verba ejus, in Periplo, ita habent. Ἀμαθοῦς. αὐτόχθονές εἰσιν. *Amathus, indigenæ sunt.* Itaque ad Cinyram ipsum, & Trojani belli tempus, originem suam referebant: ac videtur ille eam condidisse, & à matre Amathusâ etiam dedisse nomen. quod colligere est ex citatis Stephani verbis. Inde quoque Cinyræ posteri Amathusii dicuntur apud Photium, in Excerptis Theopompi, lib. XII. Τίνα δὲ τρόπον Ἕλληνες, οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι, τὴν Κύπρον κατέσχον, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου, ὧν εἰσιν ὑπολιπεῖς Ἀμαθούσιοι. *Quo modo verò Cyprum Græci, qui cum Agamemnone erant, occupaverint, ejecto Cinyra, & his qui cum eo erant, quorum reliquiæ sunt Amathusii.* Quod verò Adonidem Osirim illic cultum dicit Stephanus, id sciendum est hoc loco; Alexandrinos, qui Ægyptii, Adonidem, qui & ipse Ægyptius, uti quoque in verbis Stephani observare est, gemino hoc nomine appellasse. Auctor anonymus apud Suidam, in Ἡραΐσκος. ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν, Ὄσιριν ὄντα, καὶ Ἄδωνιν, ὁμοῦ. *Quem Alexandrini coluerunt, Osirin simul, & Adonidem, existentem.* Erat verò in Adonidis illic templo monile Harmoniæ quod dicebant Eriphylæ. Pausanias in Bœoticis. Ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις. Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ, καὶ Ἀφροδίτης, ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον. ἀνακεῖσθαι δὲ ἐνταῦθα λέγουσιν ὅρμον, Ἁρμονίᾳ μὲν δοθέντα ἐξ ἀρχῆς, καλούμενον δὲ Ἐριφύλης. *Est verò Amathus in Cypro urbs; & in eâ Adonidis antiquum fanum, Venerisque. in quo dedicatum ferunt monile, Harmoniæ datum ab initio, quod Eriphyles tamen dicitur.* Ex quibus verbis, est colligere, templum hoc cum Venere commune illum habuisse. Certè Veneri quoque templum posuisse Amathum, Aeriæ filium, memo-

memorat Tacitus, Annal. III. *Exin Cyprii tribus delubris; quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Aërias, post filius ejus Veneri Amathusiæ, & Jovi Salaminio Teucer, Telamonis patris irâ profugus, posuissent.* Hinc Catullus de Venere, Epigr. XXXVII.

Quæ sanctum Idalium, Uriosque apertos,
Colis, quæque Amathunta. ———

Colebatur autem specie virili: quod ut in hâc urbe factum esse statuam, facit Hesychius; qui incertum Auctorem citat, in Opere De Amathunte, & antiquitatibus ejus, hoc tradentem. Verba ejus ecce ista. Ἀφρόδιτος. Θεόφραστος μὲν, τὸν ἑρμαφρόδιτόν φησιν· ὁ δὲ τὰ περὶ Ἀμαθοῦντα γεγραφὼς, πωγωνίαν ἄνδρα τὴν θεὸν ἐσχηματίσθαι ἐν Κύπρῳ λέγει. *Aphroditus. Theophrastus quidem, hermaphroditum dicit: is verò, qui De rebus Amathuntis scripsit, deam in Cypro viri specie barbati effictam tradit.* Ita locum hunc restituo: siquidem malè hodie editur, παιάνιστον ἄνδρα. Certè Venerem barbatam in Cypro cultam, refert etiam Macrobius, Sat. lib. III. cap. viij. *Signum etiam ejus (Veneris) est Cypri, barbatum corpore, sed veste muliebri; cum sceptro, ac staturâ virili: & putant eandem marem, ac fœminam, esse.* Et Servius, ad Æneid. lib. II. *Est etiam in Cypro simulacrum barbatæ Veneris, quod* Ἀφροδίτου *vocatur.* Quia verò mascula ea Venus esset, barbâ tenus, ideò Ἀφρόδιτος quoque masculino nomine appellabatur: ut ex verbis Servii, Hesychiique, jam citatis, manifestum. Quia autem mas, ac fœmina, eadem esse putabatur, ut est in Macrobii verbis, ob hanc causam *duplex* à Catullo dicitur, in Elegiâ ad Mallium.

Nam, mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me torruerit genere.

Et apud Virgilium, ipsa Venus ita loquitur, Æneid. X.

Est Amathus, est celsa mihi Paphos. ———

Sacrum, quod fiebat ei, κάρπωσις appellabatur. Hesychius. κάρπωσις, θυσία Ἀφροδίτης, ἐν Ἀμαθοῦντι. *Carposis, sacrificium Veneris, Amathunti.* Denique, quod ad originem nominis attinet, quæ à Stephano memoratur, Servius, non ab Amathusâ, neque Amatho, sed ab Amathunte dicit appellatam, ad citatum Virgilii locum. *Amathus, & Paphos, Cypri insulæ civitates sunt: Amathus, ab*

Ama-

Amathunte. Ut verò Adonis hîc, & Venus, colebantur, ita etiam Onesilus. Herodotus, lib. V. Τούτου δὲ γινομένου τοιούτου, ἐχρέωντο γὰρ περὶ αὐτῆς οἱ Ἀμαθούσιοι, ἐμαντεύθη σφι, τὴν μὲν κεφαλὴν κατελόντας θάψαι, Ὀνησίλῳ δὲ θύειν, ὡς ἥρωϊ, ἀνὰ πᾶν ἔτος· καί σφι, ποιεῦσι ταῦτα, ἄμεινον συνοίσεσθαι. Ἀμαθούσιοι μὲν νῦν ἐποίευν ταῦτα καὶ τὸ μέχρις ἐμεῦ. *Idque cum ad hunc modum factum esset, oraculum Amathusiis (nam id illi hâc de re consuluere) redditum fuit, ut caput depositum sepelirent, & Onesilo, ceu heroi, sacra facerent quotannis: hoc facientibus, meliùs fore. Quod Amathusii usque ad ætatem meam faciebant.* Causam rei, pluribus Herodotus refert, eo loco. Jupiter quoque illic Ξένιος colebatur, idque hospitibus immolatis. Ovidius, Metamorph. lib. X.

At si fortè roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuisse velit Propœtidas; annuat æquè,
Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere Cerastæ.
Ante fores horum stabat Jovis Hospitis ara,
Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam
Advena vidißet, mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathusiacasque bidentes.
Hospes erat cæsus. ———

Lutatius, in Epitomâ. *Amathus oppidum in insulâ Cypro est: cujus incolæ, nefariâ & impiâ, consuetudine, soliti sunt ad aram Jovis, quæ proxima erat deæ Veneris, advenas, ac hospites, obtruncare, & ibidem immolare.* Unde *inhospita Cypri saxa* dicuntur à Claudiano, lib. De bello Getico.

Sardoniosque habitare sinus, & inhospita Cypri
Saxa, parant. ———

Ariadne etiam illic colebatur, mensis Gorpiæi die secundo: & lucus, in quo hæc sepulta, Ἀριάδνης cognomento Ἀφροδίτης dicebatur. Prolixus in hanc rem est locus apud Plutarchum, in Vitâ Thesei. Ἴδιον δέ τινα περὶ τούτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθούσιος. Τὸν γὰρ Θησέα φησὶν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα, καὶ τὴν Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα, φαύλως δὲ διακειμένην ὑπὸ τοῦ σάλου, καὶ δυσφοροῦσαν, ἐκβιβάσαι μόνην· αὐτὸν δὲ, τῷ πλοίῳ βοηθοῦντα, πάλιν εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τῆς φέ-

φέρεσθαι. τὰς οὖν ἐγχωρίους γυναῖκας τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβεῖν, καὶ περιέπειν, ἀθυμοῦσαν ἐπὶ τῇ μονώσει, καὶ γράμματα πλαστὰ προσφέρειν, ὡς τοῦ Θησέως γράφοντος αὐτῇ, καὶ περὶ τὴν ὠδῖνα συμπονεῖν, καὶ βοηθεῖν· ἀποθανοῦσαν δὲ θάψαι, μὴ τεκοῦσαν. ἐπελθόντα δὲ τὸν Θησέα, καὶ περίλυπον γενόμενον, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν χρήματα, συντάξαντα θύειν τῇ Ἀριάδνῃ· δύο δὲ μικροὺς ἀνδριαντίσκους ἱδρύσασθαι, τὸν μὲν ἀργυροῦν, τὸν δὲ χαλκοῦν. ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ, τοῦ Γορπιαίου μηνὸς ἱσταμένου δευτέρᾳ, κατακλινόμενόν τινα τῶν νεανίσκων φθέγγεσθαι, καὶ ποιεῖν ἅπερ ὠδίνουσαι γυναῖκες· καλεῖν δὲ τὸ ἄλσος Ἀμαθουσίους, ἐν ᾧ τὸν τάφον δεικνύουσιν, Ἀριάδνης Ἀφροδίτης. *Proprium verò de his librum edidit Pæon Amathusius. Nam Theseum ait, tempestate in Cyprum delatum, quum gravidam secum haberet Ariadnam, maleque ex jactatione affectam, & languentem, solam exposuisset, ut navigio succurreret, in mare rursus è terrâ ablatum: fœminas verò indigenas excepisse Ariadnam, mæstamque, quòd relicta esset sola, fovisse, literasque illi fictas obtulisse, veluti à Theseo scriptas: adjuvisse etiam partu laborantem, ac defunctam, antequam peperisset, sepeliisse. Supervenientem verò Theseum, & dolore confectum, indigenis pecuniam reliquisse; & instituisse, ut sacra Ariadnæ facerent: duo verò exigua simulacra, unum argenteum, alterum æneum, dedicasse. ac dum sacra ipsi facerent, mensis Gorpiæi die secundo, decumbentem adulescentem vociferari, atque facere, quæ parturientes fœminæ solent. appellare verò Amathusios lucum, in quo sepulcrum ostendunt, Ariadnæ Veneris.* Etiam Propætides hîc commemorantur, quæ quod Venerem contemnerent, ejus irâ, primùm corpora prostituere sunt coactæ: ac deinde in lapides conversæ esse finguntur. Ovidius, libro citato.

Sunt tamen obscœnæ Venerem Propætides ausæ
Esse negare deam: pro quâ sua, numinis irâ,
Corpora cum formâ primæ vulgasse feruntur.
Utque pudor cessit, sanguisque induruit oris,
In rigidum parvo silicem discrimine versæ.

Lutatius, in Epitomâ. *Propætides, filiæ Amathuntéæ, aspernatæ Venerem, primæ in trivio vulgavere corpora, ob ejusdem deæ iram. quia verò ad pudorem induruerant, novissimè in lapidem sunt transmutatæ.* Excellebat verò tritico. Hipponax, apud Strabonem, lib. VIII.

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι, καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν.

Cypriorum panem edunt, & Amathusiorum triticum.

Isque addit. Κύπριοι γὰρ καὶ οἱ Ἀμαθούσιοι. *Cyprii enim etiam sunt Amathusii.* Quin ferebat & metalla. Ovidius, Metamorph. X.

Quod si fortè roges fœcundam Amathunta metallis.

Et mox.

Piscosamque Cnidon, gravidamque Amathunta metallis.

Cùm à Medis tota insula deficeret, soli in fide permansere Amathusii. Herodotus, de hâc re loquens, lib. V. Κύπριοι δὲ ἐθελονταί σφι πάντες προσεγένοντο, πλὴν Ἀμαθουσίων. ἀπέστησαν γὰρ καὶ οὗτοι ὧδε ἀπὸ Μήδων. *Cyprii verò ultro omnes ipsis acceßere, præter Amathusios. Defecere enim hi à Medis, in hunc modum.* Ideoque ab Onesilo, cogere eos itidem ad defectionem cupiente, sunt obsessi. Herodotus, paullo post. Ὀνήσιλος δὲ ἦρχε Σαλαμῖνος, καὶ ἀνέπειθε πάντας Κυπρίους συναπίστασθαι. τοὺς μὲν δὴ ἄλλους ἀνέπεισε. Ἀμαθουσίους δὲ, οὐ βουλομένους οἱ πείθεσθαι, ἐπολιόρκεε προσκατήμενος. *Onesilus verò principatum obtinebat Salaminis, Cypriisque auctor erat, uti unà rebellarent. ac persuasit quidem aliis; Amathusios autem, minimè sibi persuaderi patientes, obsidione cinxit.* Eodem modo, se Euagoræ opponentes, cum Soliis, & Citiensibus, in Persarum regis fide perseverant. Diodorus Siculus, lib. XIV. Ἀμαθούσιοι δὲ, καὶ Σόλιοι, καὶ Κιτιεῖς, ἀντέχοντες τῷ πολέμῳ, πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Ἀρταξέρξην, τὸν Περσῶν βασιλέα, περὶ βοηθείας. καὶ τοῦ μὲν Εὐαγόρου κατηγόρουν, ὅτι τὸν Ἄγυριν βασιλέα, σύμμαχον ὄντα Περσῶν, ἀνεῖλε· τὴν δὲ νῆσον, ὡμολόγησαν αὐτῷ συγκατακτήσασθαι. *Sed Amathusii, & Solii, & Citienses, bello resistentes, per legatos ab Artaxerxe, Persarum rege, auxilia petunt. tum Euagoram accusant, quod, confœderatum Persis, regem Agyrin occidisset: insulam verò, se cum ipso obtenturos pollicentur.* Apud eos, regno vendito, Pasicyprus rex consenuit. Duris, Macedonicorum lib. VII, apud Athenæum, lib. IV. Πασίκυπρος ὁ βασιλεύων ἀπέδοτο δι' ἀσωτίαν πεντήκοντα ταλάντων Πυμάτῳ τῷ Κιτιεῖ ἅμα τὸ χωρίον, καὶ τὴν αὑτοῦ βασιλείαν. καὶ, λαβὼν τὰ χρήματα, κατεγήρασεν ἐν Ἀμαθοῦντι. *Pasicyprus rex Pymato Citiensi, per luxum egens, regionem, ac regnum, vendidit talentis quinquaginta: &, pecuniâ acceptâ, consenuit Amathunti.* Ejus verò urbis rex Rhœcus, ab

Athe-

Athenienſibus captus, cùm dimiſſus mox in regnum rediiſſet, hordeum illis miſit. Heſychius. Ῥοίκου κριθοπομπία· Ἐρατοσθένης, ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων, αἰχμάλωτον γενόμενον, εἶτα ἀποστρέψαντα πρὸς ἑαυτὸν, τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὰς ἐκπέμψαι φησι. *Rhœci hordei miſſio. Eratoſthenes, libro nono Amathuſiorum, ait, regem hunc, captivum factum, poſtquam domum rediiſſet, urbi Athenienſium hordeum miſiſſe.* Mutilus hâc in re eſt Suidas: apud quem prætereà Rhycus etiam, non Rhœcus, dicitur. Ῥύκου κριθοπομπία. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ ἐννάτῳ φησὶ, βασιλέα τοῦτον, αἰχμάλωτον γενόμενον, εἶτα ἀποστρέψαντα εἰς ἑαυτὸν, τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὴν ἐκπέμψαι. *Rhyci hordei miſſio. Eratoſthenes libro nono ait, regem hunc, captivum factum, cum ad ſuos rediiſſet urbi Athenienſium hordeum miſiſſe.* Scripſit plura Eratoſthenes, ut nos alibi dicemus: itaque Operis nomen excidit, reponendum ex Heſychio. Ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων. *libro nono Amathuſiorum.* Certè rerum Amathuſiarum Hiſtoriam citat iterum Heſychius, ſed omiſſo Eratoſthenis illic nomine, in Ἀφρόδιτος. Ab hâc olim toti inſulæ nomen Amathuſiæ datum. Stephanus, ubi de Cypro agit. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστὶς, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν, καὶ Κεραστιὰς, καὶ Ἀμαθουσία. *Vocabatur verò & Ceraſtis, quod promontoria multa haberet, & Ceraſtias, & Amathuſia.* Ac vocabula quædam propria ſibi habuit. Vide Heſychium, in Ἐσθλαὶ, Κυβάβδα, & Μάλικα.

C A P. IX.

Ammochoſtus. Aphrodiſium, ſive Aphrodiſias. Argus; & in eâ Erithii Apollinis fanum, in quo Venus Adonidem quæſitum invenit. Arſinoë. Aſine, Berytus. Booſura, ſive Οὐρὰ βοός. *Carpaſia. Ejus nomen variè apud Auctores ſcribitur. Condita à Pymalione. Epiſcopi ſedes. Ceronia: variè apud Auctores ſcripta. Scylax, & Diodorus Siculus, emendati. Cinyréa, à Cinyra denominata. Cyrenéa. urbs; & regio, in quâ Pege. Epiſcopi ſedes. Chytri, à quo dicta. Regum ſedes; optimique mellis ferax. Poſteà deſolata, ac Chytria dicta, & epiſcopi ſedes facta.*

Ammochostus. In parte insulæ orientali ponitur à Ptolemæo, in descriptione Cypri, lib. V. Μετὰ τὸν Θρόνους τὴν ἄκραν, Ἀμμόχωστος. *Post Thronos promontorium, Ammochostus.*

Aphrodisium. Memoratur à Strabone, lib. XIV. & Ptolemæo, Geograph. lib. V. Stephano, *Aphrodisias* dicitur.

Argus. Erat hîc Apollinis Erithii templum: in quo mortuum Adonidem Venus quærens invenit. Photius, in Bibliothecâ, ex Ptolemæi Hephæstionis Hist. lib. VII. Μετὰ τὸν Ἀδώνιδος, φησι, θάνατον περιερχομένη, καὶ ζητοῦσα, ἡ Ἀφροδίτη, εὗρεν αὐτὸν ἐν Ἄργει, πόλει τῆς Κύπρου, ἐν τῷ Ἐριθίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ. *Post Adonidis, inquit, mortem, circumiens, & quærens, Venus, invenit eum Argi, quæ urbs Cypri est, in Erithii Apollinis fano.*

Arsinoë. Memoratur Plinio, Ptolemæo, & Constantino Porphyrogenetæ, Them. lib. I. cap. xv. Strabo duas eo nomine tradit, lib. XIV. Antiquitus, *Marium* dicebatur. Stephanus, in Ἀρσινόη, ubi plures illas refert. Ἑβδόμη, Κύπρου· ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. *Septima, Cypri: priùs Marium appellata.*

Asine. Stephanus, quatuor nominis istius tradit; tertiamque, Cypri facit. Ἀσίνη, πόλις Λακωνική· δευτέρα, Μεσσήνης· τρίτη, Κύπρου. *Asine, urbs Laconica; secunda, Messenes; tertia, Cypri.*

Berytus. Meminit ejus Strabo.

Boosura. Meminit Strabo. Ptolemæo, οὐρὰ βοὸς dicitur: & inter urbes partis orientalis ponitur.

Carpasia. Memoratur à Strabone, Stephano, & Ptolemæo: item Diodoro Siculo, lib. XX. *Carpaséa* dicitur Scylaci; & Dionysio, Bassaricorum lib. III. apud Stephanum *Carpasus*, Constantino Porphyrogennetæ; *Carpasium*, Plinio, lib. V. cap. xxxj. Joannes, Epiphanii discipulus, in ejus Vitâ, cap. xlix. Conditam à Pygmalione, tradit Stephanus. Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν. ὡς Ἑλλάνικος, ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. *Carpasia, urbs Cypri, à Pygmalione condita; sicut auctor est Hellanicus, in Cypriacis.* Sub Christianis, facta est episcopi sedes. Joannes, quem jam statim dixi, loco citato. Χρεία ἦν τὴν ἐπὶ τῆς πόλεως τῆς Καρπασίου καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου. *Opus verò erat, in civitate Carpasio episcopum collocare in sede.*

Cero-

Ceronia. Memoratur à Ptolemæo, inter urbes boreales. Malè apud Scylacem, Κερόνεια, & apud Diodorum Siculum Κεραvία dicitur, lib. XIX. Καὶ τ τ Κεραvίας δυνάςlω ὑποπλεύσας, συνέλαβε· ϗ τ τ Μαλιέως. *Ac Ceraniæ quidem dynaſtam, ſuſpectum habens, comprehendit: ſicut etiam Malienſis territorii.* Reſcribendum, Κερωvίας, *Ceroniæ:* & apud Scylacem, Κερώνεια. *Ceronéa.* Et anteà Κερυνηίαν μδὺ, ϗ Λάπηθον, ἐξεπολιόρκησαν. *Cerynniam, & Lapithum, expugnarunt.* Idem mendum eſt, eodem modo corrigendum. Stephano, *Coronéa* dicitur. Eandem puto eſſe, quæ *Cermia*, ſive *Leucuſia*, dicitur Conſtantino Porphyrogenetæ, loco citato, verbis è codice Regio à Federico Morello, viro erudito, reſtitutis. Quin, ut puto, eadem eſt Cinyria Plinii, & Nonni: eadem, quæ *Corynea*, aut *Corineum*, & *Cyrenea*, malè commutatis literis, nominatur. Et quidem,

Cinyria, ut dixi, eſt apud Plinium, lib. V. cap. xxxj. & apud Nonnum, Dionyſ. lib. XIII. idque rectum nomen cenſeo, quippe à Cinyra rege datum. Ecce verba.

Οἵτε πόλιν Κινύρειαν ἐπώνυμον εἰσέτι πετρῶν
Ἀρχεγόνε Κινύραο. ———
Quique urbem Cinyréam, cognominem adhuc petris
Priſci Cinyræ. ———

Corineum, eſt apud Plinium, loco toties citato.

Cyrenéa. Ita ſcribitur apud Conſtantinum Porphyrogenetam, in catalogo urbium Cypri, Them. lib. I. cap. xv. Κίτιον, Ἀμαθῦς, Κυρήνεια, Πάφος. Sub Chriſtianis, facta eſt epiſcopi ſedes. Martyrologium Romanum, in menſis Maii die VI. *In Cypro ſancti Theodoti, epiſcopi Cyriniæ, qui, ſub Licinio Imperatore graviſſima paſſus, in pace tandem eccleſiæ ſpiritum deo reddidit.* Quid & regio quædam Cypri fuit; & in eâ oppidum, Pege. Stephanus. Πηγὴ, πόλις ἐν Κυρlωίᾳ τ Κύπρε. *Pege, urbs in Cyreniâ Cypri.*

Chytri. Nominata ab Aledri filio, Chytro. Stephanus. Χύτροι, Κύπρε πόλις· lὼ ὠνομάσθς μὲν Ξεναγόρας φησὶν ἀπὸ Χύτρε, τ Ἀλέδρε. *Chytri, urbs Cyprii quam Xenagoras quidem ait appellatam à Chytro, Aledri filio.* Mentionem ejus facit Plinius. Ptolemæo, Χύτρος dicitur, numero ſingulari: & inter urbes mediterraneas collocatur.

Regis verò Chytriorum, meminit Alexander, apud Stephanum, loco citato. ὁ πολίτης, Χύτριος. Ἀλέξανδρος, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου. τὴν δὲ Γορδίαν ἀποδοῦναι Χυτρίοις. καὶ πάλιν. Εὐρυνόην τῶν Χυτρίων βασιλεὺς ἔγημεν. *Civis, Chytrius. Alexander, in libro De Cypri: Gordiam verò reddere Chytriis. Et rursum: Eurynoën Chytriorum rex uxorem duxit.* Mel illic laudatissimum. Diophanes, Geoponic. lib. XV. Ἄριστον μέλι τὸ Ἀττικόν, καὶ τοῦ Ἀττικοῦ, τὸ Ὑμήττειον· καὶ τοῦ Κυπρίου, τὸ Χύτρειον. *Optimum mel est Atticum; & Attici, Hymettium: ac Cyprii, Chytrium.* Posteà, ut videtur, tractu temporis, admodum desolata fuit, & Χυτρία appellata; & episcopi, sub Christianis, sedes facta. Observo apud Joannem, Epiphanii discipulum, in ejus Vitâ, cap. XXXIV. Ἦν δέ τις τῶν ἐπισκόπων ὅσιος ἀνήρ, ἀπὸ σημείων εἴκοσι πέντε τῆς Σαλαμινίων πόλεως, χειροτονηθεὶς ἐν πόλει οἰκτρᾷ Χυτρίᾳ καλουμένῃ. τοῦτον ἔλεγον ἔχειν ἐν τῇ ἐπισκοπῇ πεντήκοντα ὀκτὼ ἐνιαυτούς. *Erat ex episcopis vir quidam sanctus, vigesimo quinto à Salaminiorum urbe lapide, ordinatus in urbe miserabili, Chytriâ dictâ. Eum ajebant annos quinquaginta octo in episcopatu egisse.* Ita scribo: neque enim rectè puto edi, Κυτρίᾳ. *Cytriâ.*

CAP. X.

Citium: habebat portum, & colonia Phœnicum erat, conditorem habens Belum. Unde nomen id habuerit. Ejus lacus, cum sale. Antigoni Carystii locus emendatus. Aberat ducentis stadiis Salamine. Tota Cyprus ejus nomine appellata. A Cimone oppugnatur, capiturque: atque ille ibi moritur. Euagoræ se opponit, cum Amathusiis, Soliisque. Diodori Siculi locus restitutus. Zenonum duorum patria; & virorum aliorum, famâ nominis illustrium. Cnidus, patria Ctesiæ, piscibus abundans, & Veneris cultu clara.

Citium. Theodoretus, in Ezechielem, Sect. XI. *Citium verò, oppidum in Cypro est, & ad hoc usque tempus ita nuncupatur.* Cyrillus, in Esaiam, lib. II. cap. xxiij. *Longinquam perfeceris profectionem, ut etiam ad Citienses pervenias: enarrant enim, urbem esse in Cypro.* Ptolemæus ponit inter urbes meridionales. Meminit Plinius,

nius, lib. V. cap. xxxj. & Conſtantinus Porphyrogeneta, Them. lib. I. cap. XV. Suidas, in Ζώων κιτιεύς. Habebat verò portum, qui clauderetur. Strabo, lib. XIV. Κίτιον, ἔχει λιμένα κλειστόν. *Citium, habet portum, qui claudi poteſt.* Erat verò colonia Phœnicum. Diogenes Laërtius, in Vitâ Zenonis Citienſis, lib. VII. Κιτιεὺς, ἀπὸ Κύπρου, πολίσματος Ἑλληνικοῦ, Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος. *Citienſis, ex Cypri urbe Græcanicâ, quam Phœnices incolebant.* Cicero, De Fin. lib. IV. Scis enim, *Citiæos, clientes tuos, è Phœniciâ profectos.* Suidas, de Zenone agens Citienſi. Φοῖνιξ δ' ἐπεκλήθη, ὅτι Φοίνικες ἔποικοι τοῦ πολιχνίου ἐγένοντο. *Phœnix verò cognomento dictus fuit, quod Phœnices id oppidulum incoluiſſent.* Ac videtur condidiſſe urbem Betus, rex Tyri, quæ Phœnicum eſt. Obſervo ex Alexandro Epheſio, apud Stephanum, in Λάπηθος.

Βήλου δ' αὖ Κίτιόν τε, καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθος.

Beli verò eſt Citium, & amabilis Lapethus.

Erat autem urbs exigua: ut apparet ex Suidæ verbis, jam citatis. Φοίνικες ἔποικοι τοῦ πολιχνίου ἐγένοντο. *Phœnices id oppidulum condiderant.* Unde verò id nomen habeat, docet Joſephus Antiqu. Jud. lib. I. cap. VII. Χέτιμος δὲ, Χέτιμα τὴν νῆσον ἔσχε. Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται. καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι, καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ θάλασσαν, Χεθὶμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεται. μάρτυς δέ μου τοῦ λόγου, μία τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων, ἰσχύσασα τὴν προσηγορίαν φυλάξαι. Κίτιον γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται, μηδ' οὕτω διαφυγοῦσα τοῦ Χετίμου τὸ ὄνομα. *Chetimus verò, Chetima inſulam tenuit. Cyprus ea nunc vocatur. & ab eâ omnes inſulæ, ac maritima loca plurima, ab Hebræis Chetim dicuntur. Ejus verò, quod dico, teſtis mihi una urbium, quæ in Cypro, ac tueri nomen potuit: Citium enim vocatur, ab his, qui in linguam Græcam tranſtulerunt: ne ſic quidem Chetimi nomen refugiens.* Hieronymus, in Tradit. Hebr. in Geneſin. *Chetim, ſunt Citii: à quibus hodie quoque urbs Cypri Citium nominatur.* Iterum, Comment. in Eſaiam lib. V. cap. xxiij. *De terrâ Chetim, quam Cyprum quidem interpretantur: uſque hodie enim eſt apud eos urbs Citium.* Meminitque rurſum, in Hieremiam, cap. ij. Salinæ illic memoratæ. Plinius, lib. XXXI. cap. vij. *In Bactris duo lacus, alter ad Scythas verſus, alter ad Arios, ſale æſtuant: ſicut ad Citium, in Cypro.* Et mox ite-

iterum. *Marinorum maximè laudatur (ſal) Cyprius, à Salamine. Magis tamen extendit is, quem Citieum appellavimus.* Emendandus eſt Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap: clxxiij. Περὶ δὲ (λίμνης) τῆς ἐν Κιτίῳ, φησὶ Νικαγόρας, ὅτι ἀνιμηθείσης ἐπ᾽ ὀλίγον τῆς γῆς, ἅλες εὑρίσκονται. *De (lacu) verò, qui eſt Citii, ait Nicagoras, paulatim exhauſtâ terrâ, ſalem ibi inveniri.* Non rectè hodie editur, Κιττῷ, *Citti.* Aberat verò Salamine, ſtadia ducenta. Diodorus Siculus, lib. XX. Καὶ κατέπλευσεν εἰς Κίτιον, τῆς Σαλαμῖνος ἀπέχον σταδίους διακοσίους. *Et appulit Citium, quod Salamine diſtat ducenta ſtadia.* Quin & Cyprus univerſa ita dicta. Epiphanius, Contra Hær. lib. I. Tom. ij. Hær. XXX. Sect xxv. Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστιν, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ, Κύπριοι. *Unicuique enim manifeſtum eſt, Citium Cypriorum inſulam vocari: Citii enim, Cyprii.* Huc pertinent illa Cyrilli, in Eſaiam, lib. II cap. xxiij. *Narrat quidam, Citienſes inſulas eſſe Helladicas, ſeu Macedonicas: alii, hîc Cyprum deſignari affirmant.* Cimon ei bellum intulit, & obſedit. Thucydides, lib. I. Καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου, ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι. ἐς δὲ Κύπρον, ἐστρατεύοντο ναυσὶ διακοσίαις, αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων, Κίμωνος στρατηγοῦντος. καὶ ἑξήκοντα μὲν νῆες, ἐς Αἴγυπτον ἀπ᾽ αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος, τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· αἱ δὲ ἄλλαι, Κίτιον ἐπολιόρκουν. *Et Græcum quidem bellum, ſuſtinuerunt Athenienſes, ſed Cypro arma intulerunt, cum ducentis ſuorum, & ſociorum, navibus, duce Cimone. Ex quibus ſexaginta, in Ægyptum profectæ ſunt, vocatu Amyrtæi, ſaltuum paluſtrium regis: cæteræ Citium obſidebant.* Et expugnavit quoque. Diodorus Siculus, lib. XII. ὁ δὲ Κίμων, πλεύσας εἰς τὴν Κύπρον, καὶ θαλαττοκρατῶν, Κίτιον μὲν ἐξεπολιόρκησε. *Cimon verò, cùm in Cyprum appuliſſet, maris potens, Citium quidem expugnavit.* Et hoc ipſum tacitè innuunt, qui defunctum Citii dicunt. Æmylius Probus, in Cimone. *Poſt, neque ita multò, in Cyprum cum ducentis navibus imperator miſſus, cum ejus majorem partem inſulæ deviciſſet, in morbum implicitus, in oppido Citio eſt mortuus.* Suidas, in Κίμων. Ἐν Κιτίῳ δὲ τῆς Κύπρου τελευτᾷ. *In Cypri verò urbe Citio diem obit.* Simpliciter mortuum in Cypro, in hâc expeditione, nullâ Citii mentione, dicunt Thucydides, & Diodorus, libris citatis. Societate initâ cum Soliis, & Amathuſiis,

ſe

ſe Euagoræ opponunt, Cypri regnum occupare cupienti. Diodorus Siculus, lib. XIV. Ἀμαθούσιοι μὲν, καὶ Σόλιοι, καὶ Κιτιεῖς, ἀντέχοντες τῷ πολέμῳ, πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Ἀρταξέρξην, τὸν Περσῶν βασιλέα, περὶ βοηθείας. καὶ τὸν μὲν Εὐαγόρου κατηγόρουν, ὅτι τὸν Ἄγυριν βασιλέα, σύμμαχον ὄντα Περσῶν, ἀνεῖλε. *Amathuſii verò, Soliique, & Citienſes, bello reſiſtentes, legatos miſerunt ad Artaxerxem, Perſarum regem, auxilii cauſâ. Et Euagoram quidem accuſant quod Agyrim, Perſis fœderatum, occîdiſſet.* Sed legendum ibi eſt. Ἀμαθούσιοι μὲν, καὶ Σόλιοι, καὶ Ὠτιεῖς. *Amathuſii verò, & Solii, & Otienſes.* Ephorus, de re eâdem, apud Stephanum, in Ὠτιεῖς. Ἀμαθούσιοι μὲν, καὶ Σόλιοι, καὶ Ὠτιεῖς, ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ. *Amathuſii verò, & Solii, & Otienſes, reſiſtentes adhuc bello.* Vide infra, in Otienſes, cap. xiij. Protulit verò Zenonem, in Philoſophis celeberrimum. Strabo, lib. XIV. Εἶτα κολπώδης, καὶ τραχὺς, ὁ παράπλους ὁ πλείων εἰς Κίτιον· ἔχει δὲ λιμένα κλειστόν. ἐντεῦθεν ἐστὶ Ζήνων, ὁ τῆς στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης. *Inde navigatio ferè ſinuoſa, & aſpera, eſt Citium: habet verò portum, qui claudi poteſt. Hinc eſt Zeno, Stoicæ ſectæ princeps.* Schol. Thucydidis, lib. I. Κίτιον, πόλις Κύπρου. ὅθεν ἦν Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ φιλόσοφος. *Citium, urbs Cypri: è quâ erat Zenon Citienſis, philoſophus.* Videatur Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, Themiſtius, Orat. XIX. Ac fit paſſim ejus mentio apud Auctores. Erat quoque alter Zeno, iſque rhetor, ex hâc urbe oriundus; uti & Apollodorus, Apollonius, Iſigonus, & Perſæus: ut commemorabo infra, ſuo loco; cum de claris inſulæ viris ſum acturus.

Cnidus, Cteſiæ patria, Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. I cap. j.

Ὁ δὲ Κτησίας ἰατρὸς, υἱὸς τοῦ Κτησιόχου,
Ἐξωρμημένος πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας.
Cteſias verò medicus, filius Cteſiochi,
Profectus Cnido, urbe Cypriâ.

Hæc ipſa eſt, de quâ Ovidius, Met. lib. X.

——— *non alto repetit Paphon æquore cinctam,*
Piſcoſamque Cnidon, gravidamque Amathunta metallis.

Ubi illud quoque obſerva; piſcibus eam abundaſſe, Veneremque illic cultam. Cteſiæ verò patriam fuiſſe, ex ipſius Excerptis diſcimus, apud Photium. Κτησίου εἰς Κνίδον τὴν πατρίδα ἄφιξις. *Cteſiæ in Cnidum patriam adventus.*

CAP. XI.

Constantia. Libatio ob eam, Γένεσις Κύπρου *appellata. Cremaséa. Cresium. Curium; à Cureo, Cinyræ filio, appellatum. Ille, ut videtur, condidit; & Argivos in coloniam huc deduxit. Cyprus; à quâ insulæ nomen. Cythera; sive, Cytheréa. Cytria. Dionia. Elæa. Elmæum. Epidarum. Erysthéa; ubi Apollo Hylates cultus. Erythra; posteà Paphus dicta. Gerandrum. Golgi; sive, Golgum: dicta à Golgo, Adonidis, & Veneris filio. Venus ibi olim culta, antequàm Paphi. Hierocepia.*

C*onstantia:* olim *Salamis*. Vide illic.

Cremaséa. Mari ambiebatur. Nonnus, in recensione urbium Cypriarum, Dionys. lib. XIII.

οἵ τ' εἶχον Κρεμάσειαν, ἁλιστεφὲς οὖδας ἀρούρης.

Quique tenebant Cremaseam, mari coronati solum agri.

Cresium. Stephanus. Κρήσιον, πόλις Κύπρου. *Cresium, urbs Cypri.*

Curium. In meridionali insulæ parte ponitur à Ptolemæo: meminitque ejus Hieronymus, in Vitâ Hilarionis monachi. Ita dicta, à Cureo, Cinyræ filio. Stephanus. Κούριον, πόλις Κύπρου· ἀπὸ Κουρέως, τοῦ Κινύρου παιδός. *Curium, urbs Cypri: à Cureo, Cinyræ filio.* Atque ille, ut videtur, urbem condidit: & Argivos in coloniam huc deduxit. Herodotus, lib. V. Στησήνωρ, τύραννος ἐὼν, προδιδοῖ, ἔχων δύναμιν ἀνδρῶν περὶ ἑωϋτὸν οὐ μικρήν. οἱ δὲ Κουριέες οὗτοι, λέγονται, εἶναι Ἀργείων ἄποικοι. *Stesenor, Cyrii tyrannus cùm esset, illud prodidit: non exiguam hominum manum secum habens. Curienses verò hi, dicuntur esse Argivorum coloni.* Certè ab Argivis conditam urbem eam, etiam Strabo nobis auctor, in Descriptione Cypri, lib. XIV. Εἶτα πόλις Κούριον, ὅρμον ἔχουσα, Ἀργείων κτίσμα. *Inde urbs Curium, stationem habens, ab Argivis condita.* Ubi observa, habuisse stationem: sicut in Herodoti verbis, regiam-sedem fuisse. Plinio *Curias* appellatur, communi cum promontorio nomine: quod à Servio *Curium* vicissim dicitur, sicut infra admonebo, ubi de promontoriis agam. Inde verò oriundi viri clari, Aristocles, & Cleo: de quibus posteà.

Cyprus; à quâ insulæ nomen, ut nonnulli sunt auctores. Himerius, in Excerptis. τὴν κύπρον οἱ ποιηταὶ, θεῶν Ἀφροδίτῃ χαρίζονται, ὥσπερ τὴν Δῆλον Ἀπόλλωνι. ἡ γὰρ Κύπρος, πόλις μεγάλη. *Cyprum poëtæ, inter deos Veneri tribuunt, sicut Delum Apollini. Cyprus enim est urbs magna.* Dionysius, in Periegesi.

Κύπρος δ᾽ εἰς αὐγὰς Παμφυλίου ἔνδοθι κόλπου
Κλύζετ᾽, ἐπήρατον ἄστυ Διωναίης Ἀφροδίτης.
Cyprus autem ortum versus Pamphylium intrà sinum
Alluitur, amabilis urbs Dionææ Veneris.

Isidorus Orig. lib. XIV. cap. vij. *Cyprus insula, à civitate Cypro, quæ in eâ est, nomen accepit.* Honorius, De Imag. Mundi, lib. I. cap. xxxiv. *In mediterraneo mari, est Cyprus insula, contra Syriam, à Cypro civitate dicta.* Et in hujus conditæ memoriam, ut existimo, ea facta est libatio, quæ κύπρου γένεσις, *Cypri nativitas*, dicebatur. Hesychius. Γένεσις κύπρου, ἡ σπονδὴ παρὰ Κυπρίοις. *Nativitas Cypri, libatio apud Cyprios.*

Cythera. Inter Cypri urbes memoratur à Virgilio, Æneid. lib. I.

Hunc ego sopitum somno super alta Cythera,
Aut super Idalium sacratâ sede recondam.

Et lib. X.

Est Amathus, & celsa mihi Paphus, atque Cythera,
Idaliæque domus. ———

Valerius Flaccus, Argonautic. lib. VIII.

Idalium furto subit, aut dilecta Cythera.

Scholiastes Hesiodi, in Theogoniam. κύθηρα, ἐστὶ πόλις κύπρου. *Cythera, est urbs Cypri.* Constantino Porphyrogenetæ, κυθήρεια Cytheréa, dicitur, in recensione urbium Cypri, Them. lib. I. cap. xv.

Cytria. Vide, *Chytri.*

Dionia. Stephanus. Διωνία, πόλις· ἣν καταλέγει τῶν Κυπρίαις πόλεσι Θεόπομπος, πεντεκαιδεκάτῃ Φιλιππικῶν. *Dionia, urbs: quam inter Cyprias urbes recenset Theopompus, Philippicorum decimo quinto.*

Elmæum. Meminit Apollonius Alexandrinus, Hist. Mirab. cap. xxxvj. Γίγνεται δὲ ὁ λίθος οὗτος, καὶ ἐν Καρύστῳ μὲν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα ἔλαβεν. πολὺς δὲ ἐν Κύπρῳ, καταβαινόντων ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου ὡς ἐπὶ Σόλους πορευομένοις, ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Ἐλμαίου, ὑπὸ κάτω πετρῶν. *Nascitur verò lapis*

pis iste, etiam Carysti quidem, unde & accepit nomen. multus verò est in Cypro, quà Gerandro Solos descenditur, ad lævam Elmæi, infra rupes.

Epidarum. Memoratur Plinio, lib. V. cap. xxxj.

Erysthéa. Apollo illic Ὑλάτης colebatur. Stephanus. Ἐρύσθεια, πόλις Κύπρου· ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. *Erysthéa, urbs Cypri: in quâ Apollo colitur Hylates.* Dionysius, apud eundem, Bassaris. lib. III.

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάταο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος·
Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε. ———
Quique habitabant Hylatæ dei fanum Apollinis;
Tembrum, & Erysthéam. ———

Erythra. Posteà Paphus nominata. Stephanus. Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰώνων. ἔστι καὶ Βοιωτίας, καὶ Κύπρου ἄλλη, ἡ νῦν Πάφος. *Erythra, urbs Jonum. Est & Bœotiæ; & Cypri alia, quæ nunc Paphus.* Eustathius, ad Iliad. β'. Ἐρυθραὶ δὲ εἰσι μὲν καὶ Ἰωνίας, καὶ Λιβύης, καὶ Λοκρίδος, καὶ Κύπρου ἤ, ἥτις ἐστὶ, φασὶν, ἡ νῦν Πάφος. *Erythræ verò sunt quidem & Joniæ, & Libyæ, & Locridis, & Cypri: quæ, ut ajunt, nunc est Paphus.* Meminit Nonnus, in recensione urbium multarum Cyprii, Dionysiac. lib. XIII.

Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίων τε πολίχνην.
Et Tamasum, & Tenebrum, & Erythram urbem.

Gerandrum. Vide locum Apollonii Alexandrini, ex Hist. Mir. cap. xxxvj. in Elmæum.

Golgi; sive, Golgum: Sicyoniorum colonia, à duce Golgo appellata, Veneri sacra. Stephanus. Γόλγοι, πόλις Κύπρου· ἀπὸ Γόλγου, τοῦ ἡγησαμένου τῆς Σικυωνίων ἀποικίας. λέγεται καὶ Γόλγον, οὐδετέρως· ἀφ' οὗ Γολγία ἡ Ἀφροδίτη. *Golgi, urbs Cypri: à Golgo, qui coloniam Sicyoniorum duxit. Dicitur & Golgum, neutro genere: unde etiam Venus Golgia.* Golgum, à quo nomen, filium Veneris, & Adonidis, sunt qui tradant. Scholiastes Theocriti Idyll. xv. Γολγὸς, πόλις Κύπρου· ὠνομασμένη ἀπὸ Γόλγου τινὸς, Ἀδώνιδος, καὶ Ἀφροδίτης. *Golgus, urbs Cypri: appellata à Golgo quodam, Adonidis, & Veneris filio.* Et Venus illic colebatur antè, quàm Paphi. Pausanias, in Arcadicis. Καὶ Πάφου τε Ἀγαπήνωρ ἐγένετο οἰκιστὴς, καὶ τῆς Ἀφροδίτης κατεσκεύα-

σκευάσατο ἐν πόλει Πάφῳ τὸ ἱερόν. τέως γὰρ ἡ θεὸς παρὰ Κυπρίων τιμὰς εἶχεν, ἐν Γόλγοις καλουμένῳ χωρίῳ. *Ac Paphum quidem Agapenor coloniam deduxit; & in eâ Veneris fanum dedicavit. Hactenus enim apud Cyprios dea illa colebatur in oppido, cui Golgi nomen.* Certè Veneri ſacram urbem, innuit etiam Theocritus, Idyll. XV.

Δέσποιν' ἁ Γόλγον τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.
Domina, quæ Golgumque & Idalium, adamaſti.

Et Lycophron, in Alexandrâ.

Πέμπτοι τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς
Γόλγων ἀνάσσης. ———
Quinti quarti venient in terram deæ
Golgorum reginæ. ———

Catullus. Epigr. XXXVII.

Quæ ſanctum Idalium, Urioſque apertos
Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos.

Et in Epithalamio Pelei, ac Thetidis.

Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum.

Meminit autem urbis hujus etiam Plinius, lib. V. cap. xxxj.
Hierocepia. Meminit Strabo, Pliniuſque.

C A P. XII.

Hyle. Apollo Ὑλάτης. *Idalium. Strabo emendatus. Promontorium; & in eo collis aſper, ac ſublimis, Veneri ſacer: tum & nemus, oppidumque, ſed exiguum; à Chalcanore rege conditum, qui & nomen illi dedit, idque unde. Lacedæmon. Lapathus; ejuſque ſtatio, & navalia: Laconum, ac Praxandri, opus; ſive, ut alii, Phœnicum, Belum conditorem habens. Nomen habet à Lapetho: tum ſcriptura ejus varia. Cives, habiti pro fatuis.*

Hyle. Etiam hîc Apollo Ὑλάτης colebatur. Stephanus. Ὕλη, πόλις Κύπρου· ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ὑλάτης. *Hyla, urbs Cypri: in quâ Apollo colitur Hylates.* Eratque propè locum, quem dicebant Κάρελον. Iſacius Tzetzes, ad Lycophronem. Ὕλη ἐστὶ περὶ τὸ Κάρελον, τόπον τῆς Κύπρου, ἱερὰ Ἀπόλλωνος· ἀφ' ἧς Ὑλάτην τὸν θεὸν προσαγορεύουσι.

Hyle eſt circa Carium, locum Cypri, ſacra Apollini: unde Hylaten deum illum appellant.

Idalium. Promontorium, & in eo collem aſperum, ac ſublimem, menſæ inſtar, Veneri ſacrum, dicit Strabo, lib. XIV. εἶτα ἄκρα Ἰδάλιον, εἰς ἣν ὑπέρκειται λόφος τραχὺς, ὑψηλὸς, τραπεζοειδὴς, ἱερὸς Ἀφροδίτης. *Hinc Idalium promontorium, in quo collis, aſper, excelſus, menſæ formâ, Veneri ſacer.* Ita enim illic lego: malè editur, Πηδάλιον. Quod promontorium illic dicit, mari aſſitum teſtatur: uti etiam Lucanus, lib. VIII.

——— ab Idalio Cinyrææ littore Cypri.

Quod collem attinet, ejus meminit Propertius; ac venantem ibi Adonidem memorat ab apro cæſum, lib. II. eleg. xiij.

Teſtis, qui niveum quondam percuſſit Adonim,
Venantem Idalio vertice, durus aper.

Veneri ſacrum, pluribus poëtarum locis manifeſtum eſt: qui Idaliam inde dicunt. Valerius Flaccus, lib. VIII.

Incipit Idaliæ numen nec ſpernere Divæ.

Catullus, de Venere, epigramm. xxxvij.

Quæ ſanctum Idalium, Urioſque apertos,
Colis. ———

Iterum, Epigr. LXII.

Qualis Idalium colens
Venit ad Phrygium Venus
Judicem. ———

Eratque in hoc colle nemus; quod & è Propertii verbis clarum ſatis, cùm Adonim hîc venantem interfectum eſſe dicit: & diſertè inter nemora ponit Vibius Sequeſter, ubi de nemoribus agit. *Idalium, in inſulâ Cypro.* Servius, ad Æneid. I. *Idalium, Cypri nemus eſt.* Ac Virgilius, Æneid. I.

——— & fotum in gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos. ———

Hinc frondoſum etiam Catullus dicit, in Epithalamio Pelei, & Thetidis.

Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondoſum.

Col-

Collem iſtum, ſibi ſacrum, indicat quoque ipſa Venus; ita loquens, apud Virgilium, Æneid. I.

Hunc ego, ſôpitum ſomno, ſuper alta Cythera,
Aut ſuper Idalium, ſacratâ ſede, reponam.

In hoc colle, adeóque ipſo nemore, parvum oppidum fuiſſe, tradit Servius, loco proximè citato. *Idalium, Cypri nemus eſt; in quo oppidum breve.* Sanè oppidum, Scholiaſtes etiam Theocriti dicit, Idyll. XV. Ἰδάλιον δὲ, πόλις καὶ αὕτη Κύπρου. *Idalium verò, urbs etiam hæc eſt Cypri.* Condiditque rex Chalcanor; & impoſuit illi nomen, ex conſpectu ibi ſole oriente. Stephanus. Ἰδάλιον, πόλις Κύπρου. Χρησμὸς γὰρ ἐδόθη, ὅπου ἴδοι τὸν ἅλιον ἀνίσχοντα, πόλιν κτίσαι. ὁ οὖν Χαλκάνωρ περιϊὼν, εἷς τῶν σὺν αὐτῷ ἔφη, ἰδοὺ βασιλεῦ τὸν ἅλιον. ἀφ' οὗ ὠνόμασε τὴν πόλιν. *Idalium, urbs Cypri. Oraculum enim datum erat, ubi ſolem orientem conſpexiſſet, urbem ut conderet. cùm itaque circumiret Chalcanor, quidam comitum, en, rex, ſolem, inquiebat. atque inde nominatam eſſe urbem.* Plinius refert, ſuo tempore non ampliùs fuiſſe, lib. V. cap. xxxj.

Lacedæmon. In parte Cypri mediterranea. Stephanus in Λακεδαίμων. Ἔστι καὶ ἑτέρα Λακεδαίμων, Κύπρου μεσόγειος. *Eſt & altera Lacedæmon, Cypri mediterranea.*

Lapathus. Habet ſtationem, & navalia: conditaque erat à Laconibus, duce Praxandro. Strabo, lib. XIV. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ, Λάπαθός τε ἐστὶ πόλις, ὕφορμον ἔχουσα, καὶ νεώρια, Λακώνων κτίσμα, καὶ Πραξάνδρου. *In medio verò, eſt urbs Lapithus; ſtationem habens, ac navalia: à Laconibus condita, & Praxandro.* Malè locum hunc ſollicitant viri magni. Nam de ſtatione, & navalibus, etiam commemorat Stephanus. Λάπηθος, πόλις Κύπρου· ὕφορμον ἔχουσα, καὶ νεώρια. *Lapethus, urbs Cypri: ſtationem habens, & navalia.* Ubi obſerva, per η ſcribi: uti quoque apud Plinium, lib. V. cap. xxxj. Etiam apud Hieronymum, verùm Lapetha, numero plurali, in Vitâ Hilarionis monachi. *Hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha, & urbes reliquæ, conclamabant.* Et apud Nonnum, Dionyſiac. lib. XIII.

——— ἐκ δὲ Λαπήθων
Ὕστερον ἣν ἐκάλεσσαν ἐπώνυμον ἡγεμονῆος,

Ὅς

ὃς τότε λαὸν ἄγειρεν· ἐν εὐθυρσῷ δὲ κυδοιμῷ
Κάτθανε, καὶ κτερέϊστο, καὶ οὔνομα λεῖπε πολίταις.
——— *& ex Lapethis*
Posteà quam appellârunt cognominem ducis:
Qui tunc populum congregabat, in Bacchico verò tumultu
Mortuus est, & sepultus, & nomen reliquit civibus.

Ubi observa etiam illud; nomen à Lapetho datum. Meminitque item ejus paullo antè.

Εὐχαίτης τε Λάπηθος. ———
Et benè comatus Lapethus. ———

Ac rursum, lib. XXIV.

Κυπριάδος τε Λάπηθος ἀτευχέος ἀστὸς ἀρούρης
Ἔμφρονι φορμιγκτῆρι παρέζετο. ———
Cypriæque inermis terræ civis Lapethus
Prudenti citharœdo assidebat. ———

Ptolemæo, Λάπιθος scribitur; Scylaci verò, Λήπηθος: qui coloniam hanc Phœnicum esse tradit. Λήπηθος, Φοινίκων. *Lepethus, Phœnicum.* Ac videtur condidisse Belus, rex Tyri, quæ Phœniciæ urbs erat. Innuere videtur Alexander Ephesius, apud Stephanum, in Λάπηθος.

Βήλου δ' αὖ Κίτιόν τε καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθος.
Beli verò est Citium, & amabilis Lapethus.

Ager subjectus, Λαπιθία Diodoro: ac Praxippus, ejus commemoratur, lib. XIX. Πράξιππον δὲ, τὸν τῆς Λαπιθίας βασιλέα, καὶ τὸν τῆς Κερωνίας δυνάστην, ὑποπτεύσας ἀλλοτρίως ἔχειν, συνέλαβε. *Praxippum verò Lapithii territorii regem, & Ceroniæ dynastam, animi alieni suspectos, comprehendit.* Erat verò versus boream. Ptolemæus, Cosmogr. lib. V. Τὰ μὲν οὖν ἀνατολικώτερα τῆς νήσου, διείληφεν ἡ Σαλαμινία· τὰ δὲ δυσμικώτερα, ἡ Παφία· τὰ δὲ μεταξὺ, τὰ μὲν μεσημβρινὰ, ἡ Ἀμαθουσία, καὶ Ὄλυμπος τὸ ὄρος· τὰ δὲ ἀρκτικὰ, ἡ Λαπιθία. *Orientalem itaque insulæ partem,* (de Cypro loquitur,) *complexus est ager Salaminius; occidentalem autem, Paphius: quæ interjacent ad meridiem, Amathusius, monsque Olympus; ad septentrionem, Lapithius.* Certè *Lapithus*, etiam dicitur Constantino Porphyrogenetæ, Them. lib. I. cap. xv. Ejus cives, quasi fatui habiti videntur esse. Hesychius. Λαπάθιον, ἡ λέξις ἀπὸ Λαπάθου πόλεως, τὸ ἠλίθιον. *Lapathium, dictio est ab urbe Lapatho, stultum.*

CAP.

CAP. XIII.

Ledrum; five, Leuteon. Episcopi sedes. Leucusea. Limenia. Macaria. Malum. A Ptolemæo exscinditur, atque Paphum oppidani transferuntur. Marium; postea, Arsinoë. Nagidus. Nemebus. Otienses. Palæa. Panarctum.

Ledrum, sive *Leuteon*. Sub Christianis fuit hîc episcopi sedes. Sophronius, De Script. Eccles. Τρυφύλλιος, Κύπρου Λήδρου, ἤτοι Λευτεῶνος, ἐπίσκοπος. Hieronymus. *Triphyllius, Cypri Ledri, sive Leuteonis, episcopus*. Meminit quoque Nicephorus Callistus, Hist. Eccles. lib. VIII. cap. xlij. & Sozomenus, lib. V. cap. x.

Leucuséa. Vide, *Ceronia*.

Leuteon. Vide, Ledrum.

Limenia. Urbs mediterranea. Strabo. Ὑπέρκειται δ᾽ ἐν μεσογαίᾳ Λιμενία πόλις. *Suprà hanc in mediterraneâ regione est Limenia.*

Macaria. Meminit ejus Plinius, & Ptolemæus.

Malum. Diodorus Siculus, lib. XII: ὁ δὲ Κίμων, καταπλεύσας εἰς τὴν Κύπρον, καὶ θαλαττοκρατῶν, Κίτιον μὲν καὶ Μαλὸν ἐξεπολιόρκησε, καὶ τοῖς κρατηθεῖσι φιλοφρόνως προσηνέχθη. *Cimon itaque, cùm imperium sibi maris vindicasset, cùm in Cyprum appulisset, Citium Malumque expugnavit, & summâ in victos humanitate usus est.* Evertit urbem Ptolemæus, & traduxit cives Paphum. Idem, lib. XIX. Πτολεμαῖος δὲ, τὰ περὶ Κυρήνην αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπηντηκότων, διῆρεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Κύπρον, ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας τῶν βασιλέων. Πυγμαλίωνα δὲ, εὑρὼν διαπρεσβευόμενον πρὸς Ἀντίγονον, ἀνεῖλε· Πράξιππον δὲ, τὸν τῆς Λαπηθίας βασιλέα, καὶ τὸν τῆς Κερωνίας δυνάστην, ὑποπτεύσας ἀλλοτρίως ἔχειν, συνέλαβε· καὶ Στασίοικον, τὸν τοῦ Μαλιέως, καὶ τὴν μὲν πόλιν, κατέσκαψε· τοὺς δ᾽ οἰκοῦντας, μετήγαγεν εἰς Πάφον. *Ptolemæus autem, ubi negotium Cyrenes ex animi sententiâ successerat, in Cyprum cum exercitu trajecit, adversus reges, qui imperium detrectabant. Ac Pygmalionem offendens, cum Antigono per legatos agentem, è medio sustulit: Praxippum verò, territorii Lapithii regem, & Ceroniæ dynastam, animi alieni suspectos, comprehendit: uti*

quoque Stasiœcum, territorii Maliensis. urbem verò, evertit; habitantes autem, Paphum transtulit. Urbis mentio, etiam apud Arrianum est, De Exped. Alex. lib. II.

Marium. Posteà Arsinoë dicta. Vide supra, cap. ix. in *Arsinoë.* Plinii tempore, interciderat. Ipse testis, lib. V. cap. xxxj ubi postquam urbes Cypri enarravit, addit ista: *Fuere & ibi Cinyria, Marium, Idalium.* Meminit ejus etiam Scylax.

Nagidus. Strabo, lib. XIV. Μεθ' ἣν ἡ Νάγιδος. *Post quam est Nagidus.* Ita rectè emendare magnum Casaubonum censeo. Hodie editur, Μεθ' ἣν ἦν Ἄγιδος. *Post quam erat Agidus.*

Nemebus. Occurrit apud Constantinum Porphyrogenetam, Them. lib. I. cap. xv.

Otienses. Stephanus. Ὠτιεῖς, μοῖρα Κυπρίων. Ἔφορος ἐννεακαιδεκάτῳ. Ἀμαθούσιοι δὲ, καὶ Σόλιοι, καὶ Ὠτιεῖς, ἀντέχοντες ἔτι τῷ πολέμῳ. *Amathusii verò, & Solii, & Otienses, resistentes adhuc bello.*

Palæa. Oppidulum erat, inter Berytum, & Amathuntem. Vide Strabonem, lib. XIV.

Panarctum. In montoso loco situm, & vicinas silvas habens. Nonnus, multas Cypri urbes commemorans, Dionys. lib. XIII.

Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίην τε πολίχνην,
Καὶ τέμενος βαθύδενδρον ὀρεσσαύλοιο Πανάρκτου.
Et Tamasum, & Tembrum, & Erythræam urbem,
Et excelsum nemus in montibus siti Panarcti.

CAP. XIV.

Paphus antiqua; quam Aquos condidit, Tiphonis filius: sive Paphos. Sive Cinyras. Unde dicta: & quando condita. Prius, Erythra appellata. In excelso loco posita; agro pingui, quem sine pluviâ Barbarus fluvius irrigabat. Et quidem supra mare, ad decem stadia, portu insignis: etiam tota mari cincta. Venus illuc primum appulit: immò & nata ibi credita.

Paphus, antiqua. Hanc Aquos condidit, Tiphonis filius. Isidorus, Orig. lib. XV. cap. j. *Cecrops in insulâ Rhodo Rhodum ædifi-*

ædificavit; Carpatus, Coum: Aquos, Tiphonis filius, Paphum. Sed legendum puto; *Paphos, Tiphonis F. P.* Aut Cinyras. Apollodorus, lib. III. Κινύρας, ἐν Κύπρῳ παραγενόμενος σὺν λαῷ ἔκτισε Πάφον. *Cinyras, in Cyprum delatus cum aliquâ manu, Paphum condidit.* Vel Paphus, ejus filius. Lutatius, in Epitome Metamorph. lib. X. *Ex hâc uxore suâ deinde rex (Cinyras) Paphum filium genuit; qui in insulâ oppidum sui nominis condidit.* Nomenque urbi vel à semet, ut videtur, dedit Paphus; vel, à filio Papho, Cinyras. Condita autem est, Pandionis I. Atheniensium regis, anno decimo; qui erat Gothonidis, primi Hebræorum judicis, decimus septimus. Eusebius, ad illum annum, numero DXC. Μῆλος, καὶ Θάσος, καὶ Ἀλκίσθη, ἐκτίσθησαν, καὶ Πάφος. Quæ sic vertit Hieronymus. *Melus, & Paphus, & Thasus, & Callista, urbes, conditæ.* Totidem verbis Marianus Scotus, Chron. lib. I. Æt. III. Quod si verum, certè non de Cinyra conveniet tempus; qui Trojani belli tempore ætatem egit, annis amplius ducentis post hoc ipsum. Olim Erythra dicta fuit: si id tamen de hâc vetere, non de novâ, capiendum. Vide supra, ubi de hâc urbe ago, cap. XI. Eratque in loco edito structa. Hinc Virgilius, Æneid. X.

Est Amathus, est celsa mihi Paphos. ——

Ubi Servius, *Antiqua Paphus, quæ Palæpaphus dicitur, in excelso fuit posita: ex quo loco ædificia, permittente pace, in littus deducta sunt.* Et egregio circùm agro. Columella, lib. X.

Cypro item Paphio quam pingui nutrit in arvo.

Et irrigabat fluvius Barbarus, sine pluviâ. Euripides Bacchis.

Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι
Βαρβάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
Καρπίζουσιν ἄνομβροι.
Et Paphum, quam centum ostia habentis
Barbari fluvii fluxus
Frugiferam reddunt sine imbribus.

Et quidem suprà mare: ut apparet ex citatis Servii verbis. Beda, De nom. loc. in Act. Apost. *Paphus, civitas maritima, in Cypro insula.* Immò ad decem usque stadia mare versus procedebat, portu insuper insignis. Strabo, lib. XIV. Καὶ παλαιὰ Πάφος, ὅσον ἐν δέκα σταδίοις

ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, ὕφορμον ἔχουσα. *Et antiqua Paphus, ad decem circiter ſtadia ſupra mare condita, portum habens.* Et hoc quoque circumluebat. Ovidius, Metamorph. lib. X.

——— *non alto repetit Paphon æquore cinctam.*

Apuleius, Mileſ. XI. *Seu tu cæleſtis Venus, quæ, primis rerum exordiis, ſexuum diverſitatem, generato Amore, ſociaſti; &, æternâ ſobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi ſacrario coleris.* Unde & inſula ab Ovidio appellatur, Metamorph. lib. X.

Illa Paphum genuit, de quo tenet inſula nomen.

Appulitque huc primum Venus. Tacitus, Hiſt. lib. II. *Fama recentior tradit, Deam ipſam,* (de Venere loquitur,) *conceptam mari, huc appulſam.* Mela, lib. II. cap. vij. *Et, quò primùm ex mari Venerem egreſſam accolæ affirmant, Palæpaphos.* Homerus, Odyſſ. θ'.

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἐς Πάφον. ———
In Cyprum verò venit riſu gaudens Venus,
In Paphum. ———

Immò nata à quibuſdam illic credita. Innuit Lucanus, lib. VIII.

——— *Cyproque citatas*
Immiſere rates, nullas cui prætulit aras
Undæ diva memor Paphiæ: ſi numina naſci
Credimus; aut fas eſt, quenquam cœpiſſe deorum.

CAP. XV.

Venus etiam illic culta: ac templum habuit, & oraculum, Taciti locus illuſtratus. templum autem, conditum ab Aëria rege, ſive Cinyra: idque longe celeberrimum, quam ob cauſam undequaque viſebatur. Aræ verò in eo plurimæ: in quibus una, in quam nunquam impluebat. Venus autem hæc, Cæleſtis; non Vulgaris: & colebatur ritu à Syriis petito, Aſcalonem habitantibus. Itaque & templum ſtructum, quale illic: quod peculiari quadam formâ erat. Ejus opulentia, & regia donaria.

Itaque

Itaque & culta illic. Horatius. Carm. lib. I. Od. xxx.

O Venus, regina Gnidi, Paphique:
Sperne dilectam Cypron. ———

Ubi Acron. *Paphos, urbs Cypri insulæ, Venerem præcipuè colens,* Quæ Porphyrion etiam dicit, totidem verbis. Athanasius, Orat. contra Græcos. Ἐπιτείνοντες δὲ τὴν ἀσέβειαν ἕτεροι, τὴν πρόφασιν τῆς τούτων εὑρέσεως, καὶ τῆς ἑαυτῶν κακίας, τὴν ἡδονὴν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, θεοποιήσαντες, προσκυνοῦσιν. οἷός ἐστιν ὁ παρ᾽ αὐτοῖς Ἔρως, καὶ ἡ ἐν Πάφῳ Ἀφροδίτη. *Alii verò, impietatem amplificantes, sumptâ ex malitiâ suâ occasione, voluptatem & cupiditatem suam, inter deos referentes, has adorant: qualis apud eos Amor est, & quæ Paphi Venus.* Hinc Arator capiendus, Hist. Apost. lib. II.

——— *Cyprum Salaminaque linquens,*
Pergit adire Paphum; quæ fertur, amoribus olim
Dedita, sacrilegæ mansisse libidinis antrum,
Aligerosque vagos studio coluisse procaci.

Templum ejus memorat Strabo, ubi de hâc urbe agit, libro toties citato. Καὶ ἱερὸν ἀρχαῖον τῆς Παφίας Ἀφροδίτης. *Et templum antiquum Paphiæ Veneris.* Virgilius, de Venere loquens, Æneid. I.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
Læta suas: ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ. ———

Ipsa Venus apud Claudianum, De nupt. Hon. & Mar.

Te propter Paphias ædes, Cyprumque, reliqui.

Et oraculum item illic. Suetonius, in Tito, cap. v. *Aditoque Paphiæ Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de Imperii spe confirmatus est.* Atque inde Tacitus intelligendus, Hist. lib. II. *Tantùm Cinyrades sacerdos consulitur.* Ac templum quidem, conditum fuit ab Aeria; sive, ut recentiores tradunt, Cinyra. Tacitus, Hist. lib. II. *Templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, advenasque Conditorem templi, vetus memoria Aëriam: fama recentior, tradit, à Cinyra sacratum templum.* De Aëria, etiam ait Annal. I. *Cyprii tribus delubris: quorum vetustissimum Paphiæ Veneri*

neri auctor Aërias posuisset. Eratque id longè celeberrimum. Plinius, lib. II cap. xcvj. *Celebre fanum Veneris habet Paphos.* Beda, De nom. loc. in Act. Apost. *Paphus, civitas maritima, in Cypro insulâ, Veneris quondam sacris, carminibusque Poëtarum, famosa.* Ac visebatur, ab indigenis, exterisque. Habes in citatis statim verbis Taciti. *Templum Paphiæ Veneris inclytum, per indigenas advenasque.* Indicatque Apuleius, cùm id desiisse dicit, Milesf. lib. IV. *Paphum nemo, ad conspectum deæ Veneris, navigabat.* Inde Veneris habitaculum à Phurnuto appellatur, ubi de illâ agit, lib. De Nat. Deorum. Ἡ δὲ Πάφος, ἴδιον αὐτῆς οἰκητήριόν ἐστι, Παφίης λεγομένης. *Paphus verò, proprium ejus habitaculum est, Paphiæ dictæ.* Et erant etiam aræ plurimæ. Vidimus, in citatis statim Virgilii verbis.

—— ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ. ——

Et Statius, de Venere loquens, Theb. lib. V.

Illa Paphum veterem, centumque altaria, linquens.

Unam memorat Homerus, Odyss. θ'.

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Ἐς Πάφον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος, βωμός τε θυήεις.
In Cyprum verò venit risu gaudens Venus,
In Paphum, ubi illi fanum, & ara odora.

Iterum, Hymno in Venerem.

Ἐς Κύπρον δ' ἐλθοῦσα, θυώδεα νηὸν ἔδυνεν,
Ἐς Πάφον, ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυώδης.
In Cyprum autem cùm venisset, odoriferum templum ingressa est
Paphi, ubi illi templum est, & ara odora.

Quæ loca respexit Etymologici Auctor, in Κύπρις. Πολὺ δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς Πάφου, ἐν ᾗ βωμὸς θυόεις αὐτῇ, Παφίη ἐλέγετο. *Multò verò magis à Papho, ubi ara illi odora, Paphia diceretur.* Erat etiam, in quam nunquam impluebat. Plinius, loco citato. *Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus aram quandam non impluit.* Tacitus, plures tales refert, Hist. lib. II. *Igne puro altaria adolentur; nec ullis imbribus, quanquam in aperto, madescunt.* Erat autem Venus ea, non Vulgaris, sed Cælestis. Apuleius, Milesf. XI. *Seu tu Cælestis Venus, quæ, primis rerum exordiis, sexuum diversitatem, generato*

nerato Amore, sociasti: & , æternâ sobole genere humano propagato, nunc circumfluo Paphi sacrario coleris. Et quidem cultu à Syriis tradito. Pausanias, in Atticis. Πλησίον δὲ ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν· μετὰ δὲ Ἀσσυρίους, Κυπρίων Παφίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. *Propè est fanum Veneris Cælestis ; quam primi omnium Assyrii coluere : à quibus inter Cyprios Paphii, cum Phœnicibus, qui inhabitant Ascalonem Palæstinæ.* Immò Veneris hoc templum , ad ejus , quod in Ascalone erat , imitationem , factum fuisse , dicit Herodotus , lib. I. οἱ δὲ, ἐπεί τε ἀναχωρέοντες ὀπίσω , ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκάλωνι πόλι , τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων , ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ὑπολειφθέντες , ἐσύλησαν τῆς Οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν , ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος εὑρίσκω , πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν , ὅσα ταύτης τῆς θεοῦ. καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν , ἐνθεῦτεν ἐγένετο· ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπριοι. *Hi verò regredientes , cùm in urbem Syriæ Ascalonem pervenissent , plerisque , nullo illato damno prætergressis , pauci quidam ex iis relicti , Veneris Uraniæ fanum spoliârunt , omnium , quantum quidem intelligo , hujus deæ templorum vetustissimum. etenim , quod in Cypro templum , inde factum est : uti Cyprii ipsi dicunt.* Tacitus Aëriam vocatam dicit , Hist. lib. II. *Conditorem templi , regem Aëriam vetus memoria ; quidam , ipsius deæ nomen id perhibent.* Ubi tamen, ex codicibus manuscriptis *Uranium* Alciatus legit , vir insignis. Itaque *Urania* Venus , etiam secundùm Tacitum , dicta fuerit. Ac plurimæ certè illic opes , & donaria regum item antiquorum. Tacitus ibidem , de eodem. *Spectatâ opulentiâ , donisque regum ; quæque alia lætum antiquitatibus Græcorum genus incertæ vetustati affingit.* Pausanias , in Arcadicis. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν Σικελίᾳ τῆς Ἐρυκίνης (Ἀφροδίτης) ἱερὸν, ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Ἔρυκος, ἁγιώτατόν τε ἐκ παλαιοτάτου, καὶ οὐκ ἀποδέον πλούτῳ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Πάφῳ. *Est enim & in Siciliâ Erycinæ (Veneris) fanum , in subjecto Eryci agro , jamdudum sanctissimum , neque opibus fano , quod est Paphi , inferius.* Erat verò structura ejus peculiaris , & ab aliis diversa. Indicat Tacitus , loco citato. *Atque illum cupido incessit , adeundi visendique templum Paphiæ Veneris , inclytum per indigenas, advenasque. Haud fuerit longum initia religionis , templi situm , formam deæ , neque enim alibi sic habetur , paucis differere.*

CAP. XVI.

Simulacrum deæ, mirâ formâ: nempe metæ, aut umbilici. Philoſtrati locus explicatus, & oſtenſus interpretis error. Erant verò illic plura: quorum unum ab Heroſtrato quodam emptum, Naucratimque inde abductum. Sacra illi thure facta: vaſque, in quo illud poſitum, Κιχητὸς *dictum. Ovidii locus illuſtratus: & confuſio quædam Taciti indicata.*

Vidimus templum: nunc & ſimulacrum ejus videamus. Illud quoque, ſicut iſtud, mirâ formâ, neque alibi uſitatâ. Tacitus, in citatis verbis. *Haud fuerit longum, initia religionis, templi ſitum, formam deæ, neque enim alibi ſic habetur, paucis diſſerere.* Ac poſt eà dicit, metæ inſtar id fuiſſe. *Simulacrum deæ, non effigie humanâ; continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo, exſurgens: & ratio, in obſcuro.* Et obſerva, quandam ceu pyramidis formam. Itaque & Maximus Tyrius, Diſſert. xxxviij. Παφίοις μὲν, ἡ Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει· τὸ δὲ ἄγαλμα, οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῳ ἢ πυραμίδι λευκῇ. *Apud Paphios quidem, Venus colitur: verum ejus ſimulacrum, nulli alteri rei ſimilem, quàm pyramidi albæ, dixeris.* Quidam, etiam umbilico ſimilem tradunt, ſicut hi, quos dixi, metæ. Utramque ſententiam refert Servius, ad Æneid. lib. I. *Apud Cyprios Venus in modum umbilici, vel, ut quidam volunt, metæ, colitur.* Philoſtratus, ſimpliciter dicit, ἕδος ξυμβολικῶς ἱδρυμένον, *ſimulacrum ænigmaticè dedicatum;* id eſt, uti habet Tacitus, in citatis antè verbis, *cujus ratio in obſcuro*, & vix conjecturâ aliquâ aſſequenda. Ecce verba, in Vitâ Apollonii, lib. III. cap. xvj. Νεώς τε ἐπιτυχόντες, προσπλεῦσαι Κύπρῳ κατὰ τὴν Πάφον· οὗ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος, ὃ, ξυμβολικῶς ἱδρυμένον, θαυμάσαι τὸν Ἀπολλώνιον. *Navemque nactos, in Cyprum adnavigaſſe, juxta Paphum: ubi Veneris ſimulacrum, dedicatum ænigmaticè, Apollonium admiratum eſſe.* Non rectè interpres eruditus vertit; *ubi præclarum eſt Veneris templum, quod, ex collatitiis pecuniis exſtructum, admiratus eſt Apollonius.* Erant autem plura: unumque ex his Heroſtratus quidam emit, Naucratim-

cratimque abſtulit, Olympiade XXIII. Polycharmus Naucratites, libro De Venere; cujus hoc fragmentum exſtat, apud Athenæum, lib. XV. κατὰ δὲ τὴν τρίτην πρὸς τὰς εἴκοσιν ὀλυμπιάδα, ὁ Ἡρόστρατος, πολίτης ἡμέτερος, ἐμπορίᾳ χρώμενος, καὶ χώραν πολλὴν περιπλέων, προσχών ποτε καὶ Πάφῳ τῆς Κύπρου, ἀγαλμάτιον Ἀφροδίτης σπιθαμιαῖον, ἀρχαῖον τῇ τέχνῃ, ὠνησάμενος ἧκε φέρων εἰς τὴν Ναύκρατιν. *Vigeſimâ tertiâ verò Olympiade, Heroſtratus, civis noſter, mercaturam exercens, multaſque regiones circumnavigans, cùm quando Paphum Cypri appuliſset, imagunculam Veneris, palmæ magnitudine, opere vetuſto, emit, abiensque Naucratim deportavit.* Sacra illi faciebant tantùm thure; ut eſt videre apud Virgilium, Æneid. I.

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedeſque reviſit
Læta ſuas: ubi templum illi, centumque Sabæo
Thure calent aræ. ———

Et apud Horatium, lib. I. Od. XXX.

O Venus, regina Gnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

Hinc quoque βωμὸς θυόεις, *ara odorata*, tribuitur illi ab Homero, Odyſſ. θ'.

Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη,
Εἰς Πάφον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος, βωμός τε θυόεις.
In Cyprum verò venit riſu gaudens Venus,
In Paphum: ubi illi fanum, & ara odora.

Vaſque, in quod thus injectum, Κιχητὸς illis dicebatur. Heſychius. Κιχητὸς, εἰς ὃ ἐμβάλλεται λιβανωτὸς, Κύπριοι. *Cichetus, in quod thus injicitur, Cyprii.* Sed Ovidius, præter thura, etiam hoſtias illic immolatas ait, Met. lib. X.

Feſta dies Veneris, totâ celeberrima Cypro,
Venerat: & blandis indutæ cornibus aurum,
Conciderant ictæ niveâ cervice juvencæ:
Thuraque fumabant. ———

Nec id nobis adverſatur, alibi in Cypro factum, nondum conditâ tum Papho, uti clarum ex ſequentibus. Sed quid Tacito faciemus,

qui contrarius sibi ipse? Ecce enim, Hist. lib. II. *Hostiæ, ut quisque vovit: sed mares deliguntur. Certissima fides hœdorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum: precibus, & igne puro, altaria adolentur.* Hostias mactatas dicit, easque mares: & præcipuè ex his hœdos. inde ait; nefas fuisse, effundere sanguinem; sed precibus, & puro igne, id est, thure, adolere consuevisse. Non concilio.

CAP. XVII.

Condito à Cinyra templo, sacra intulit Cilix Tamiras: unde pactum, ut ex posteris utriusque sacerdotes caperentur: quorum illi κινυράδαι, *isti* ταμιράδαι *dicti. quanquam posteà jus suum Tamiradæ in Cinyradas transtulere. Hesychii locus emendatus, ut & Taciti. Sacerdotii quoque dignitas: unde Ptolemæum illo honaratum Cato voluit.*

Condito à Cinyra templo, sacra illi, quæ jam dixi, constituta: Quæ quòd Thamyras è Ciliciâ intulisset, convenere inter sese, ut ex posteris utriusque sacerdotes caperentur: quorum illi κινυράδαι, isti θαμυράδαι dicti. Tacitus, Hist. lib. II. *Fama recentior tradit, à Cinyrâ sacratum templum; sed scientiam artemque aruspicum accitam, & Cilicem Thamyram intulisse. atque ita pactum, ut familiæ utriusque posteri cæremoniis præsiderent.* De Cinyradis, sic Hesychius. κινυράδαι, ἱερεῖς Ἀφροδίτης. κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνακῆς παῖς, βασιλεὺς κυπρίων. *Cinyradæ, sacerdotes Veneris. Cinyras, Apollinis & Pharnacæ filius, rex Cypriorum.* Malè scribitur; κιννυράδαι, & κιννύρας. De Tamyradis, idem alibi. ταμιράδαι, ἱερεῖς τινες, ἐν κύπρῳ. *Tamiradæ, sacerdotes quidam, in Cypro.* Sed notandum, quod ibi scriptum ταμιράδαι, per T. & I. non per Θ. & Υ. Ac scriptura ista vera est: & in Tacito rescribendum planè censeo, *Cilicem Tamiram*, ex antiquâ lectione, quæ habebat, *cilicentam miram:* ut Beatus Rhenanus, vir doctrinâ perinsigni, in suis ad hunc locum Notis, testatum facit. Eodem modo neque rectè *Cinaras*, & *Cinarades*, ibi scribitur: cùm deberet, *Cinyras*, & *Cinyrades:*

rades: uti à me exhibetur. Posteà cessere jure suo Tamiradæ, & in Cinyradas illud transtulere. Tacitus, loco citato. *Ita pactum, ut familiæ utriusque posteri cæremoniis præsiderent. Mox, ne honore nullo regium genus peregrinam stirpem antecelleret, ipsâ, quam intulerant, scientiâ hospites cessere. Tantùm Cinyrades sacerdos consulitur.* Itaque solius Cinyræ, in his sacris, meminit Pindarus, Pyth. Od. II.

Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων,
τὸν ὁ
χρυσοχαίτας προφρόνως
ἐφίλασ' Ἀπόλλων,
ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.
Resonant quidem circum Ciny-
ram sæpè sermones Cypriorum,
quem
auricomus propensè
dilexit Apollo,
sacerdotem primarium Veneris.

Ubi Scholiastes. Ἐγένετο δὲ (ὁ Κινύρας) βασιλεὺς τῶν Κυπρίων, καὶ ἱερεὺς τῆς Κυπρίας Ἀφροδίτης. ἀφ' οὗ οἱ ἐν Κύπρῳ Κινυράδαι τῇ θεᾷ ἀνιέρωντο. *Erat verò (Cinyras) rex Cypriorum, & sacerdos Veneris Cypriæ: à quo Cinyradæ in Cypro deæ sunt consecrati.* Erat verò Veneris illud sacerdotium opulentum, & inprimis honoratum, ceu familiæ regiæ proprium: ideoque id in regem Ptolemæum, honoris causâ, voluit conferre Cato. Plutarchus, in illius Vitâ. Κανίδιον δέ τινα τῶν φίλων προπέμψας εἰς Κύπρον, ἔπειθε τὸν Πτολεμαῖον ἄνευ μάχης εἴκειν, ὡς οὔτε χρημάτων, οὔτε τιμῆς, ἐνδεᾶ βιωσόμενον. ἱερωσύνην γὰρ αὐτῷ τῆς ἐν Πάφῳ θεοῦ δώσειν τὸν δῆμον. *Per Canidium, quendam amicorum, quem præmisit in Cyprum, egit cum Ptolemæo Cato, uti sine pugnâ cederet: ceu nec inops vitam acturus, neve etiam inhonoratus. etenim daturum ipsi populum esse sacerdotium Veneris Paphiæ.*

CAP. XVIII.

Malo eversâ, cives ejus huc translati à Ptolemæo. Terræmotu sæpè vexata, ac vastata: nequicquam instaurante Augusto, qui & à se voluit Augustam dici. Vaticinia Sibyllina. Cùm reducta insula in potestatem populi Romanis esset, hîc proconsul sedem habuit. Seculo superiore qualis ejus status fuerit.

Postquam verò templum Veneris, aras, sacra, sacerdotes, memoravi, reliqua porrò, quæ ad urbem totam pertinent, explicabo. Civibus, auxit, Malo eversâ, Ptolemæus; uti suprà, cùm de eâ urbe agerem, indicavi, cap. xiij. Sed à terræmotu magnum sæpè detrimentum passa est. Seneca, Epist. XCI. *Cyprum quoties vastavit hæc clades? quoties in se Paphus corruit?* Et Nat. Quæst. lib. VI. cap. xxvj. *Sic Paphos non semel corruit.* Hieronymus, in Vitâ Hilarionis monachi. *Ingressus ergo Paphum, urbem Cypri, nobilem carminibus poëtarum, quæ frequenter terræ motu lapsa, nunc ruinarum tantùm vestigiis, quid olim fuerit, ostendit.* Beda, De nom. loc. in Act. Apost. *Paphus, civitas maritima in Cypro, Veneris quondam sacris, carminibusque poëtarum, famosa, frequenti terræ motu lapsa, nunc ruinarum tantùm vestigiis, quod olim fuerit, ostendit.* Subventum ei ab Augusto, qui pecuniam instaurandæ est largitus, & Augustam à se dixit, anno urbis conditæ DCCXXXIX. Dion Cassius, in ejus anni rebus gestis, lib. LIV. Παφίοις τε, σεισμῷ πονήσασι, καὶ χρήματα ἐχαρίσατο, καὶ τὴν πόλιν Αὔγουσταν καλεῖν κατὰ δόγμα ἐπέτρεψε. *Paphiis, terræ motu afflictis, pecunias est largitus, urbemque edicto appellari Augustam jussit.* Verùm alii terræmotus insecuti posteâ totam everterunt; ut vestigiis ruinarum tantùm ostenderet, quid fuisset: ut apparet ex citatis Hieronymi, ac Bedæ, verbis. Ac Sibylla, id futurum, olim etiam prædixerat. En oraculum, inter alia Sibyllina, lib. IV.

Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα Πάφον θ' ἅμα σεισμὸς ὀλέσσει.

Ac tunc sanè Salamina, Paphumque, simul terræmotus perdet.

Et lib. V.

—— Κύπρος δ' ἕξει μέγα πῆμα,

Καὶ

Καὶ Πάφος αἴξει δεινὸν μόρον. ———

——— *Cyprus verò habebit magnum damnum ,*

Et Paphus incurret grave fatum. ———

Ac , redactâ in poteſtatem populi Romani inſulâ , hîc proconſul , tanquam in præcipuâ urbe , domicilium ſuum habuit. Colligi ex Euangeliſtâ Luca poteſt , Act. cap. xiij. Ἐκεῖθέν τε ἀπέπλευσαν εἰς Κύπρον. καὶ , γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι , κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου , εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον , ᾧ ὄνομα Βαριησοῦς· ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ , Σεργίῳ Παύλῳ , ἀνδρὶ συνετῷ. *Et inde abnavigârunt in Cyprum, quumque deveniſſent Salamina , annuntiârunt ſermonem Dei in ſynagogis Judæorum. habebant autem & Joannem miniſtrum. ac , peragratâ inſulâ uſque Paphum , invenerunt quendam magum pſeudoprophetam Judæum , cui nomen Bariesus : qui erat cum proconſule , Sergio Paulo , viro prudente.* Quo ſe modo proximo habuerit ſeculo , exponit Bartholemæus Saligniacus , Itinerarii ſui Tomo IV. cap. vj. *Paphos , ruinis plena videtur , templis tamen frequens : inter quæ Latina ſunt præſtantiora , in quibus ritu Romano divina peraguntur, & Gallorum legibus vivitur.* Olim verò , & tota Cyprus ejus nomine appellata. Æthicus , in Coſmographiâ , ubi de inſulis Oceani ſeptentrionalis. *Item Cypros, vel Paphos.* Antoninus, in Itinerario. *Inſula Cyprus , ſive Paphus , Veneri conſecrata , in Carpathio mari.* Iſidorus , Orig. lib. XIV. cap. vj. *Cyprus inſula , à civitate Cypro , quæ in eâ eſt , nomen accepit. Ipſa eſt & Paphos , Veneri , conſecrata.* Honorius, De Imag. Mundi, lib. I. cap. xxxiv. *In mediterraneo mari eſt Cyprus inſula , contra Syriam , à Cypro civitate dicta , Hæc & Paphus , à civitate ejuſdem nominis.*

CAP. XIX.

Columbæ apud Paphios eximiæ : ut lactucæ , & fœniculum , ac myrti. Pondus illic , Πέλεκυς *dictum , &* Ἡμιπέλεκκον. Μαστός, *poculi genus. Medimnus , diverſus à Salaminio. Vocabula quædam , Paphiis peculiaria. Paphus nova , ſexaginta ſtadiis à vetere diſtans. Portus etiam ibidem , & templum Veneris , ac panegyris celeberrima. Pauſaniæ error*

 in-

indicatus. Nicocles, ejusque filii, & in illis admiranda. Tychicus martyr, atque septem Macchabæi: & eorum item fanum, in sacella totidem distinctum. Pegæ, Megarensium colonia.

Columbæ hîc eximiæ commemorantur. Martialis, lib. VIII. epigramm. XXVIII.

Spartanus tibi cedet olor, Paphiæque columbæ.

Serenus Samonicus, lib. De Medicinâ, cap. xl.

Atque fimum Paphiæ pariter compone columbæ.

Et lactucæ. Columella, ubi de lactucâ agit, lib. X.

Cypros item Paphio quam pingui nutrit in arvo.

Idem etiam observare est apud Suidam, & Hesychium, in Ἀδώνιδος κῆποι: ubi & fœniculum commemoratur. Item myrti. Statius, Theb. lib. IV.

——— hi Paphias myrtos à stirpe recurvant:
Et pastorali meditantur prælia trunco.

Pondus illic, decem minarum, Πέλεκυς quod dicebatur: ut dimidium, Ἡμιπέλεκκον. Hesychius. Ἡμιπέλεκκον, τριμναῖον, ἢ τετραμναῖον, ἢ πεντάμνουν. τὸ γὰρ δεκάμνουν, πέλεκυς καλεῖται παρὰ Παφίοις. *Semipelec-cum, trium, quatuor, aut quinque minarum: nam decem minarum pondus, pelecys vocatur apud Paphios.* Erat & poculi genus quoddam, μαστὸς dictum. Athenæus, lib. XI. Μαστός. Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, ὡς Πάμφιλός φησι, Παφίους τὸ ποτήριον οὕτω καλεῖν. *Mastus. Apollodorus Cyrenæus, ut tradit Pamphilus, ait, Paphios ita poculum appellare.* Medimnus, cum apud Salaminios, quinque modios contineret, apud Paphios, quatuor tantùm cum dimidio continebat. Epiphanius De pond. & mens. Μέδιμνος ἐστὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Κυπρίοις, διάφορος. τὸν γὰρ μέδιμνον Σαλαμίνιοι, εἴτουν Κωνστάντιοι, ἐκ πέντε μοδίων ἔχουσι· Πάφιοι δὲ, καὶ Σικελοὶ, τεσσάρων ἥμισυ μοδίων αὐτὸν μετροῦσιν. *Medimnus verò, apud eosdem Cyprios, est diversus. Medimnum enim Salaminii, seu Constantii, quinque modiorum habent: Paphii verò, Siculique, quatuor modiis, ac dimidio, eum metiuntur.* Quin vocabula etiam peculiaria quædam habebant. Ex quibus ista exstant in Hesychii glossis. Ἐπίκουρον. Ἐς τοθ' ἕρπες: Εὐτρόσσεος. Ζάβαθος. Ζάλματος. Θοράνας. Ἴγγια. Ἰμίτραον. Ἰμπάταον.

Κά-

Κάβειρος. Κάβλη. Κακκεῖναι. Καλέχες. Κάπατα. Κάῤῥαξον. Κατέρεαι. Κίβον. Κιδνόν. Κορζία. Κῦβος. Λιμλώ. Μοχοί. Σάπιθος. Σές. Σία. Ὕεσις. Sed, ut puto, hæc communia utrique Papho, uti alia, quando ita indiſtinctè proferuntur. Nam & nova Paphus erat, ab hâc vetere diſtans ſtadia ſexaginta; condita ab Agapenore, ferè circà idem tempus; ſcilicet Apagenore, qui, ab Ilio reverſus, iſtic urbem nominis ejuſdem condit: à quâ pompæ, viris ſimul fœminiſque, undequaque confluentibus, ad antiquam ducebantur. Strabo, lib. XIV. Εἶθ' ἡ Πάφος, κτίσμα Ἀγαπήνορος, καὶ λιμένα ἔχουσα, καὶ ἱερὰ εὖ κατεσκευασμένα. διέχει δὲ πεζῇ σταδίους ἑξήκοντα τῆς πάλαι Πάφου· καὶ πανηγυρίζουσι διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης κατ' ἔτος ἐπὶ τὴν πάλαι Πάφον ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξὶν, ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων συνιόντες. *Inde Paphus, ab Agapenore condita, portum habens, & templa, benè ſtructa. Diſtat verò à vetere Papho terreſtri itinere ſtadiorum ſexaginta: & per eam viam ſolennes pompæ ducuntur ad veterem Paphum, viris ſimul, & mulieribus, ex aliis urbibus convenientibus.* Hanc ipſam panegyrin, ut exiſtimo, deſignat Ovidius, Metam. lib. X.

Feſta dies Veneris, totâ celeberrima Cypro
Venerat. ———

Et Terentius, Adelph. Act. II. Sc. II.

——— *hinc alia, quæ porto Cyprum.*
Niſi eò ad mercatum venio, damnum maximum eſt.

Ubi Donatus. *Hanc inſulam poſuit poëta, vel quod Veneri ſacrata ſit, vel quod mercatus in eâ ſit.* De Agapenore conditore, eſt Pauſaniæ quoque locus, in Arcadicis. Ἰλίου δὲ ἁλούσης, ὁ τοῖς Ἕλλησι κατὰ τὸν πλοῦν τὸν οἴκαδε ἐπιγενόμενος χειμὼν Ἀγαπήνορα, καὶ τὸ Ἀρκάδων ναυτικὸν, κατήνεγκεν ἐς Κύπρον· καὶ Πάφου τε Ἀγαπήνωρ ἐγένετο οἰκιστὴς, καὶ τῆς Ἀφροδίτης κατεσκευάσατο ἐν πόλει Πάφῳ τὸ ἱερόν. Τέως δὲ ἡ θεὸς παρὰ Κυπρίων τιμὰς εἶχεν ἐν Γόλγοις καλουμένῳ χωρίῳ. *Ilio verò capto, quæ Græcos, domum redeuntes, oborta tempeſtas diſſipavit, Agapenorem, & claſſem Arcadicam, in Cyprum appulit: ac Paphum Agapenor condidit, Venerique in urbe Papho templum ſtruxit: cùm ad illud uſque tempus apud Cyprios dea Golgis, quod tunc urbis nomen erat, coleretur.* Sed, Pauſaniæ anne ratio ſatis conſtat, qui ad illud uſque tempus Golgis tantùm cultam eſſe Venerem dicit; cùm jam antè, quanquam certè haud

haud ita multo, in antiquâ illa Papho, posito à Cinyra templo, ut ostendi, coleretur? Certè errat. Paphius erat, sed, ex utrâ urbe, incertum, Nicocles ille, filiique item ejus, de quibus mira narrat Plinius, lib. XI. cap. xxxvij. *Timarchus, Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum. Frater ejus, non mutavit priores, ideoque prætrivit.* Paphi quoque, in utrâ, pariter est incertum, martyr factus fuit Tychicus, Pauli Apostoli discipulus, die Aprilis XXIX. Martyrologium, in diei hujus Sanctis. *Apud Paphum in Cypro Tychici, discipuli beati Pauli apostoli.* Usuardus, in eodem Martyrologii sui die. *Apud Paphum Tychici diaconi, sancti Pauli discipuli.* Ado. *Apud Paphum, Tychici, Apostolorum discipuli.* Erat quoque fanum martyrum Macchabæorum subterraneum, septem sacellis distinctum. Saligniacus,* ubi de Cypro agit, Itinerarii sui Tom. IV. cap. v. *Alia civitas in hoc regno antiquissima, atque metropolis, Paphos dicitur, vetustissimis auctoribus celebrata; in quâ septem fratres Macchabæi, unà cum matre, inclyto martyrio coronati sunt. Nos autem hoc fanum subterraneum, in honore martyrum septem sacellis distinctum, multâ devotione ingressi sumus.* Meminit verò novæ Paphi etiam Plinius, lib V. cap. xxxj. & Ptolemæus iu urbibus Cypri, versus occidentem sitis. Finiam caput, cùm de Pegis unum addidero: de quibus sic ait Stephanus. Πηγαὶ, παροικία Μεγαρέων· ἐστὶ δὲ καὶ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ τῆς Κύπρου. *Pegæ, habitatio Megarensium. Est verò & urbs Cyreniæ Cypri.*

CAP. XX.

Salamis: à Teucro condita. Acconis locus emendatus. Messallæ Corvini error ostensus. Salamis Vera, *quæ poëtis. Posteà Constantia dicta. Constantini Porphyrogenetæ locus restitutus. Ejus pars, Corone dicta.*

Salamis. In orientali insulæ parte memoratur Ptolemæo, Geogr. lib. V. Condita autem est à Teucro, cùm is, à patre Telamone domo ejectus, in Cyprum appulisset. Æschylus, Persic.

Κυ-

Κυπρίας τε πόλεις,
Πάφον, ἠδὲ Σόλους,
Σαλαμῖνά τε, τῆς
Νῦν ματρόπολις
Τῶν δ' αἰτία στεναγμάτων.
Cypriasque urbes,
Paphum, aut Solos,
Salaminaque; cujus
Nunc metropolis
Horum causa est gemituum.

Ubi Scholiastes. Σαλαμῖνα τὴν ἐν Κύπρῳ φησίν· ἧς ἡ μητρόπολις, ἡ ἐν τῇ Ἀττικῇ δηλαδή, ἡμῖν αἰτία ἐστὶ τῶνδε τῶν στεναγμάτων. ἄποικοι γάρ εἰσιν οἱ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίνιοι τῶν ἐν Ἀττικῇ. Φασὶ γάρ, ὅτι, τοῦ Αἴαντος αὐτόχειρος γεγονότος, ὁ Τεῦκρος, ὁ αὐτοῦ ἀδελφός, ἐν τῇ Σαλαμῖνι, τῇ αὐτοῦ πατρίδι, ἀπελθών, οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ αὐτοῦ Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἴαντα κωλύσας, σφαγιασθησόμενον ὑφ' αὐτοῦ. κατελθὼν οὖν, ἐν τῇ Κύπρῳ ἀνεδείματο πόλιν, καὶ ταύτην καλέσας Σαλαμῖνα, ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ. *Salaminem, quæ in Cypro est, inquit; cujus metropolis, quæ in Atticâ videlicet, nobis horum gemituum causa. Nam coloni sunt Atticæ Salaminis ii qui Cypriam incolunt. Tradunt enim, cùm se Aiax occidißet, Teucrum, ejus fratrem, Salamina in patriam suam reversum, minimè à patre admissum Telamone, sed ejectum Salamine, eò quod Ajacem fratrem, manus sibi illaturum, minimè prohibuisset. Itaque digressum, urbem in Cypro condidisse, ac dixisse Salamina, de ejus nomine, quæ in Atticâ.* Vellejus, lib. I. *Teucer, non receptus à patre Telamone, ob segnitiam non vindicatæ fratris injuriæ, Cyprum appulsus, cognomine patriæ suæ Salamina constituit.* Horatius, lib. I. Od. vij.

Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.
Certus enim promisit Apollo,
Ambiguam tellure novâ Salamina futuram.

Ubi Acron. *Ambiguam. Duplicem. vel, quod una in Cypro, altera in Thraciæ regione esse dicitur: vel, quod unâ pulsus est, alteram condidit.* Ubi manifestum mendum, ac scribendum: *altera in*

Atticæ regione. Porphyrion, ibidem. *Ambiguam Salamina, nunc duplicem intelligemus: quoniam alteram Teucer in Cypro insulâ condidit, patriâ à Telamone patre ejectus.* Hoc constanter omnes quoque alii Auctores dicunt: Strabo, lib. xiv; Euripides, Helena; Isocrates, in Nicocle: & Euagora; Justinus, lib. xliv. Nonnus, Dionys. lib. xiij; Servius, ad Æneid. I. Eustathius, ad Iliad. β'. Itaque manifestus est error Messallæ Corvini, qui in Sidoniâ conditam à Teucro, dicit, lib. De Augusti progenie. *Teucer, qui, patriâ profugus, in Sidoniâ alteram Salaminam condidit.* Quia verò Cypria illa, in quâ patriam sibi restitutam fingeret, Atticæ quasi simulacrum quoddam esset; unde *Ambigua* ab Horatio, in citatis statim verbis, appellatur; illa Attica à poëtis *Vera* dicitur. Lucanus, lib. iij.

Tresque petunt veram credi Salamina carinæ.

Seneca, Troadibus.

Nunquid Ajacis Salamina veram?

Manilius, lib. v.

Vera Syracusis Salamis non merget Athenas.

Posteà Constantia dicta est. Stephanus. Κωνσταντεια, ἡ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίς. *Constantia, Salamis Cypri.* Hieronymus, in Epitaphio Paulæ. *Vidit admirabiles viros, Christique pontifices, Paulinum, Antiochenæ urbis episcopum; & Epiphanium, Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur.* Beda, De nom. loc. in Act. Apost. *Salamis, civitas in Cypro insula, nunc Constantia dicta.* Suidas. Ἐπιφάνιος, Κωνσταντείας τῆς Κύπρου ἐπίσκοπος, τῆς πρότερον Σαλαμῖνος. *Epiphanius, Constantiæ Cypri episcopus, quæ priùs Salamis appellata.* Restituendum istud nomen Constantino Porphyrogenetæ, Them. lib. I. cap. xv. Ἐπαρχία Κύπρου τῆς νήσου, ὑπὸ Κονσιλάριον, τουτέστι βουλευτήν. πόλεις, δεκαπέντε. Κωνσταντεια, μητρόπολις. Κίτιον. Ἀμαθοῦς. Κυρήνεια. Πάφος. Ἀρσινόη. Σόλοι. Λάπιθος. Κέρμια, ἤτοι Λευκουσία. Κυθήρεια. Τάμασος. Κούριον. Νέμεβος. Τρίμυθος, ὅθεν ὁ ἅγιος Σπυρίδων. Κάρπασος. *Præfectura Cypri à consulari administrata fuit. Urbes, quindecim. Constantia, metropolis. Citium. Amathus. Cyrenéa. Paphus. Arsinoë. Soli. Lapithus. Cermia, sive Leucusia. Cytherea. Tamasus. Curium. Nemebus. Trimythus, è quâ erat*

erat ſanctus Spirydon. Carpaſus. Hodie ejus nomen editur mutilum. Κωνςαντ. *. Et ſic paſſim nominatur, apud Scriptores poſterioris ævi. Ejus pars, Κορώνη dicta. Stephanus. Ἔστι καὶ Κορώνη μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος, τῆς ἐν Κύπρῳ. *Eſt etiam Corone pars Salaminis, quæ in Cypro.* Immò antiquitus, ut videtur, ita appellata fuit: poſteaque, ductâ huc coloniâ, Teucer urbem ampliorem fecit, & à patriâ, uti dixi, Salamina nominavit. Certè, priùs ita dictam, teſtis locuples eſt Porphyrius: qui & hominem ibi Agraulo, Cecropis filiæ, immolari ſolitum refert, De Abſt. lib. II. Ἐν ᾗ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος. *In eâ verò, quæ nunc Salamina dicitur, priùs verò Coronis vocabatur, menſe ſecundùm Cyprios Aphrodiſio, homo Agraulo, Cecropis filiæ, immolabatur.* Quem Porphyrii locum repræſentant etiam Theologi Græci: Euſebius, De Præp. Euang. lib IV. cap. xvj. Cyrillus contra Julianum, lib. IV. Theodoretus, Therapeut. lib. VII.

CAP. XXI.

Templum Jovis Salaminii, à Teucro ſtructum. Eique homo immolatus, uſque ad tempora Hadriani Imperatoris. Etiam Veneris, cognomento Proſpicientis. Item alia, Palladis, Agrauli, & Diomedis, uno ſepto circumcluſa. Homo Agraulo, inde verò Diomedi immolatus, uſque ad Diphili regis tempora, qui mutavit; & conſtituit, uti bos immolaretur. Homo verò immolandus, ter curſu aram circumibat: hinc, percuſſus guttur haſtâ à ſacerdote, in pyrâ totus cremabatur. Locus, Διαιδυτήριον *dictus.*

Erat illic Jovis Salaminii templum, quod à Teucro dedicatum. Tacitus, Annal. III. *Cyprii tribus delubris; quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri auctor Aërias, pòſt filius ejus Amathus Veneri Amathuſiæ, & Jovi Salaminio Teucer, Telamonis patris irâ profugus, poſuiſſent.* Ammianus Marcellinus, lib. XIV. *Inter municipia crebra urbes duæ faciunt (Cyprum) claram; Salamis, & Paphus: altera, Jovis delubris; altera, Veneris templo inſignis.*

Et homo illi immolatus, usque ad tempora Imperatoris Hadriani. Lactantius, lib. I. cap. xxj. *Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Jovi Teucrus immolavit, idque sacrificium posteris tradidit: quod est nuper, Hadriano Imperante sublatum.* Ac delubra certè Jovis, plura erant: ut videre est, in citatis Ammiani istis verbis. Fueritque hîc fortasse etiam delubrum Jovis τοῦ ἐπικοινίου dicti. Hesychius. ἐπικοίνιος, Ζεὺς ἐν Σαλαμῖνι. *Epicœnius, Jupiter in Salamine.* Erat etiam Veneris, *Prospicientis* cognomento. Ovidius, Metamorph. lib. XIV.

Neve ea ficta putes, dominæ sub imagine signum
Servat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
Prospicientis habet. ———

Lutatius, in Epitome. *Hæc autem, juvenis funus aspiciens, in saxum commutata est: ita ut apud Salaminios species ejus* Prospicientis Veneris *nomen acceperit.* Causam illic etiam utrobique habes, à duritie Anaxaretes in Iphin, amatorem suum. Antoninus Liberalis, qui historiam eandem, sive fabulam commemorat, sed nominibus mutatis, (nam pro Iphi Arceophontem, & pro Anaxareta Arsinoën dicit,) Veneris, ejusque templi, nihil meminit. Vide illum, Metamorph. cap. xxxix. Erat quoque templum Palladis, & Agrauli, & Diomedis, uno ambitu conclusum. Et Agraulo quidem, homo immolabatur, usque ad Diomedis tempora, cui, commutato ritu, mox sacrificari cœpit. Ritus verò immolandi, iste erat, ut qui immolandus foret, deducentibus adolescentibus, curreret ter circum aram: inde, hastâ à sacerdote in guttur adactâ, in exstructam pyram conjectus, integer comburebatur. Tenuitque consuetudo usque ad tempora regis Diphili; qui mutavit, ac deinceps bovem immolandum statuit. Porphyrius, De Abstin. lib. II. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος, τῇ Ἀγραύλῳ, τῇ Κέκροπος, καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. καὶ διέμενε τὸ ἔθος, ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. εἶτα μετέβαλεν, ὥστε τῷ Διομήδει τὸν ἄνθρωπον θύεσθαι. ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον, ὅ, τε τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Ἀγραύλου, καὶ Διομήδους. ὁ δὲ σφαγιαζόμενος, ὑπὸ τῶν ἐφήβων ἀγόμενος, τρὶς περιέθει τὸν βωμόν· ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαιε κατὰ τοῦ στομάχου, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν νηθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζον.

ἤζον. τοῦτον δὲ τὸν θεσμὸν, Δίφιλος, ὁ τῆς Κύπρου βασιλεὺς, κατέλυσε, κατὰ τοὺς Σελεύκου χρόνους τοῦ θεολόγου, τὸ ἔθος εἰς βουθυσίαν μεταστήσας: *In eâ verò, quæ nunc Salamina dicitur, priùs Coronis appellata, menſe, uti Cyprii nominant, Aphrodiſio, Agraulo, Cecropis & Agraulidis nymphæ filiæ, homo immolabatur, qui quidem mos perſeveravit uſque ad tempora Diomedis. deinde ita eſt mutatus, uti homo Diomedi mactaretur. uno enim eodemque ambitu templum Palladis, & Agrauli, ac Diomedis, claudebatur. Qui autem immolabatur, ab adoleſcentibus deductus, ter currebat circum aram; inde à ſacerdote, haſtâ in guttur adactâ, feriebatur: atque ita, ſuper exſtructam pyram conjectus, integer concremabatur. Inſtitutum verò iſtud, Diphilus, rex Cypri, qui theologi Seleuci tempore fuit, commutavit, & immolari bovem juſſit.* Quæ totidem verbis habet Euſebius, De Præp. Euang. lib. IV. cap. xvj. & Cyrillus, in Julianum, lib. IV. Ac conciſè Theodoretus, Therapeut. lib. VII. Εἶτα λέγει (ὁ Πορφύριος,) ὡς καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος. *Inde dicit (Porphyrius,) etiam apud Salaminam Cypri hominem immolatum eſſe Agraulo, Cecropis filiæ.* Erat item locus quidam juxta mare, Διανευτήριον nuncupatus. Polybius, epiſcopus Rhinocururorum, in Vitâ Epiphanii. Καταπλευσάντων δὲ ἡμῶν ἐν Κωνσταντίᾳ ἐπὶ τῷ τόπῳ καλουμένῳ Διανευτηρίῳ, ἐξῆλθον οἱ ναῦται ἀπὸ τοῦ πλοίου· καὶ ἐκύκλωσαν τὴν πόλιν, καὶ μετὰ φωνῶν μεγάλων ἔκραζον· ἄνδρες ἀδελφοὶ, οἱ τὴν πολύανδρον μητρόπολιν Κωνσταντίαν κατοικοῦντες, κατέλθετε φασὶν, ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ἐν τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Διανευτηρίῳ· καὶ λάβετε τὸ τίμιον λείψανον τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου. *Cùm autem Conſtantiam appuliſſemus, ad locum, qui dicitur Dianeuterium, nautæ navi ſunt egreſſi; &, circumeuntes urbem, magnâ voce clamaverunt;.viri, qui populoſam metropolim Conſtantiam inhabitatis, deſcendite, ajunt, ad mare, ubi locus Dianeuterium appellatus, & accipite pretioſas reliquias ſancti patris noſtri Epiphanii.*

CAP. XXII.

Erat urbs ampla, & potens; maximaque totius insulæ: & Bocaro fluvio perluebatur. A Cimone obsessa; sed non expugnata, propter insequutam pacem. Sub Romanis, graviter vexabant equites, duce Scaptio: qui discedere mox à Cicerone jussi. Sub Trajano, devastata à Judæis; ut sub Constantino Magno corruit ex terræ motu: ac Sibyllæ de hâc ipsâ re oraculum. Obsessa à Marcionistis.

Erat verò urbs ut ampla, atque potens, ita quoque civibus frequens. Ac quod quidem civium frequentiam attinet, hinc πολύανδρος, *multis viris habitata*, à Polybio memoratur, in citatis statim verbis. οἱ τὴν πολύανδρον μητρόπολιν Κωνσταντίαν κατοικοῦντες. *Qui viris frequentem metropolim Constantiam inhabitatis*. De magnitudine, & potentiâ, sunt hæc Diodori verba, lib. XIV. ἐβασίλευσε τῆς Σαλαμῖνος, μεγίστης οὔσης, καὶ δυνατωτάτης, τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων. *Regnum tenuit Salaminis, urbis maximæ, & potentissimæ, earum quæ in Cypro sunt*. Et lib. XVI. Οὗτοι μὲν οὖν καταπλεύσαντες εἰς τὴν Κύπρον εὐθὺς ἐπὶ τὴν μεγίστην τῶν πόλεων Σαλαμῖνα τὴν δύναμιν ἤγαγον. *Hi, cùm primùm in Cyprum trajecissent, statim copias ad Salaminam, urbium maximam, adduxere*. Homero, Ἐυκτιμένη, *Benè condita*, dicitur, Hymno in Venerem.

Χαῖρε θεὰ, Σαλαμῖνος ἐϋκτιμένης μεδέουσα.
Salve dea, Salaminem benè conditam regens.

Perluebat eam Bocarus amnis ex Acamante monte profluens. Hesychius. Βώκαρος, ποταμὸς ἐν Σαλαμῖνι, ἐκ τοῦ Ἀκάμαντος ὄρους φερόμενος. *Bocarus, fluvius in Salamine, ex Acamante monte proveniens*. Obsessa fuit à Cimone, Olymp. LXXXII anno iv. Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib. XII. Ἐπὶ δὲ τούτων Κίμων, ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, θαλαττοκρατῶν, ἐχειροῦτο τὰς κατὰ τὴν Κύπρον πόλεις. ἐν δὲ τῇ Σαλαμῖνι Περσικῆς φρουρᾶς οὔσης ἀξιολόγου, καὶ βελῶν, καὶ ὅπλων παντοδαπῶν, ἔτι δὲ σίτου, καὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς, γεμούσης τῆς πόλεως, ἔκρινε συμφέρειν ταύτην ἐκπολιορκῆσαι. οὕτω γὰρ ὑπελάμβανε μάλιστα τῆς τε Κύπρου πάσης ῥᾳδίως κυριεύσειν, καὶ τοὺς Πέρσας καταπλή-

πλήξεσθαι, βοηθεῖν μὲν τοῖς Σαλαμινίοις μὴ δυναμένους, διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν τοὺς Ἀθηναίους, ἐγκαταλιπόντας δὲ τοὺς συμμάχους καταφρονηθήσεσθαι. *Horum tempore Cimon, Atheniensium ductor, maris imperium tenens, Cypri urbes in potestatem redigebat. Cùm verò Salamina valido Persarum præsidio defenderetur, armorumque, & telorum omnis generis, ac frumenti, rerumque aliarum, copiâ referta esset, eam ipsam expugnare è re censuit. Illo enim pacto maximè Cypro omni facilè se potiturum statuebat; tum & animos Persarum perculsum iri, cùm nequirent opem ferre Salaminiis, ob infessum ab Atheniensibus mare; ac, quod socios deseruissent, despectui fore.* Sed non expugnata tamen, propter subsequutam pacem. Expugnavit verò eam aliquando strategemate Menecrates: uti refert Polyænus, lib. V. pag. 390. Sub Romanis constitutam, equites, sub duce Scaptio, vehementer divexabant, dum decedere tandem insulâ, ex mandato Ciceronis, cogerentur. Cicero, ad Atticum, lib. V. epist. XXI. *Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coërceret: & eundem habuerat præfectum. vexabat Salaminios. ego equites ex Cypro decedere jussi.* Adeò autem vexabant graviter, ut, senatu in curiâ obsesso, quinque ex illo adigerent ad mortem fame. Idem Cicero, ad eundem, lib. VI. epist. I. *Habuerat (Scaptius) turmas equitum; quibus inclusum in curiâ senatum Salamine obsederat, ut fame senatores quinque morerentur. itaque ego, quo die tetigi provinciam, cùm mihi Cyprii legati Ephesum obviam venissent, literas misi, ut equites insulâ statim decederent.* Ac mox rursum, Epist. II. *Quid tandem isti mali in tam tenerâ insulâ non fecissent? non fecissent autem? immò quid ante adventum meum non fecerant? inclusum in curiâ senatum habuerunt Salaminium, ita multos dies, ut interierint nonnulli fame. erat enim præfectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio.* Et posteà. *Ad me Ephesum usque venerunt; flentesque, equitum scelera, & miserias suas, detulerunt. itaque statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent: ob eamque causam, tum ob cæteras Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt.* Meminitque etiam epistolâ sequente III. Sub Trajano Imp. Judæi planè devastârunt. Eusebius, ad annum ejus XIX. Τοὺς

ἐν

ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες, τὴν πόλιν κατέσκαψαν. Quæ ſic vertit Hieronymus. *Salaminam Cypri, interfectis in eâ gentilibus, ſubvertere Judæi.* Paullus Diaconus, Hiſt. Miſc. lib. IX. *Incredibili deinde motu ſub uno tempore Judæi, quaſi rabie efferati, per diverſas terrarum partes exarſere. Sanè Salaminam, urbem Cypri, interfectis omnibus accolis, deleverunt.* Beda, De nom. loc. in Act. Apoſt. *Salamis, civitas in Cypro inſulâ, nunc Conſtantia dicta: quam Trajani principis tempore Judæi, interfectis omnibus accolis deleverunt.* Oroſius, in Trajani rebus, lib. VII. cap. xij. *Multa millia eorum vaſtâ cæde deleta ſunt. Sanè Salaminam, urbem Cypri, interfectis omnibus accolis, (Judæi) deleverunt.* Terræ motu eſt collapſa, anno Conſtantini Magni XXVIII. Cedrenus, in illo anno. Σεισμοῦ δ' ἐν Κύπρῳ γενομένου, Σαλαμὶν ἡ πόλις κατέπεσε, καὶ ἱκανὸν πλῆθος διέφθειρε. *Terræ motu in Cypro facto, corruit urbs Salamin, & ſatis magna multitudo eſt exſtincta.* Ac prædixit multo ante id Sibylla, verſu qui & hodie exſtat, Orac. Sibyll. lib. IV.

Καὶ τότε δὴ Σαλαμῖνα, Πάφον θ' ἅμα, σεισμὸς ὀλέσσει.

Ac tunc ſanè Salamina, ſimul & Paphum, terræ motus perdet.

Joannis Chryſoſtomi tempore, obſidebant Marcioniſtæ. Ipſe teſtatur, Epiſt. CCXXI. Τοῦ Σαλαμῖνος ἕνεκεν, χωρίου τοῦ κατὰ τὴν Κύπρον κειμένου, τοῦ ὑπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Μαρκιωνιστῶν πολιορκουμένου, ἤμελλον διαλεγμένος οἷς ἐχρῆν, καὶ κεκατωρθωκὼς τὸ πᾶν, ἀλλ' ἔφθην ἐκβληθείς. *De Salamine, quod oppidum eſt in Cypro ſitum, & ab hæreſi Marcioniſtarum obſidetur, eram acturus, cum quibus oportebat, & rem omnem feliciter confecturus, ſed antea ejectus fui.*

CAP. XXIII.

Sub Chriſtianis, epiſcopi ſedes, & quidem metropolitana. Alexandri Monachi locus illuſtratus, item Hieronymi. Ars textoria; & in eâ clari, Areſas, Heliconque. Sal inſignis. Menſuræ, Mnaſis, ac medimnus. Heſychii locus illuſtratus. Salaminii, Σπαύονθες *dicti. Vocabula eorum quædam peculiaria.*

Sub

Sub Christianis, facta est episcopi sedes. Joannes, Epiphanii discipulus, in ejus Vitâ. Τοῦτον ἔλεγον κεκρατῆσθαι μετὰ Γελασίου, τοῦ ἐπισκόπου τῆς Σαλαμινίων πόλεως. *Hunc dicebant fuisse captum cum Gelasio, urbis Salaminiorum episcopo.* Ac notissimum est, Epiphanium ejus urbis episcopum fuisse. Et erat quidem metropolis. Chrysostomus, in Acta Apost. Hom. XXVIII. Καὶ γενόμενοι, φησιν, ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ μητροπόλει τῆς Κύπρου. *Et ut venerunt Salaminem, annuntiaverunt verbum dei metropoli Cypri.* Sozomenus, de Epiphanio, Hist. Eccles. lib. VII. cap. xxvj. Περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Ἐπιφάνιος τῆς Κυπρίων ἐπισκόπει μητροπόλεως. *Eodem tempore etiam Epiphanius metropolitanæ Cypriorum ecclesiæ præerat.* Itaque eum κατ' ἐξοχὴν Cypriorum episcopum vocat Alexander Monachus, in Orat. De Invent. S. crucis. Ἐπιφάνιος δὲ ὁ μέγας, καὶ ἱερὸς τῶν Κυπρίων ἐπίσκοπος, ἀγωνιστικῶς ἐνίσταται. *Magnus verò Epiphanius & sanctus Cypriorum episcopus, acriter instat.* Et Hieronymus, de eodem, Epist. LXI. *Episcopus Cypri à Valente non tangebatur.* Ac martyrio hic affectus Aristion, ad XXII diem Februarii: ut videre est in Romano Martyrologio. Floruit hic aliquando ars textoria: & polymitarii optimi prædicantur, urbis hujus cives, Acesas, & Helicon, ab Athenæo, lib. II. Ἤκμασε δὲ ἡ τῶν ποικίλων ὑφὴ, μάλιστα ἐντέχνων περὶ αὐτὰ γενομένων Ἀκεσᾶ καὶ Ἑλικῶνος τῶν Κυπρίων. ὑφάνται δ' ἦσαν ἔνδοξοι· καὶ ἦν Ἑλικὼν υἱὸς Ἀκεσᾶ, ὥς φησιν Ἱερώνυμος. ἐν Πυθοῖ γοῦν ἐπί τινος ἔργου ἐπιγέγραπται·

Τεῦξ' Ἑλικὼν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶ
Πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔπυξε χάριν.

Variarum verò vestium textura floruit, celeberrimis ejus artis magistris, Acesa & Helicone, Cypriis. Erat autem Helicon Acesæ filius, ut ait Hieronymus. Itaque in templo Pythico operi cuidam inscriptum erat:

Fecit Helicon, Acesæ filius, Salaminius: quorum in manibus
Veneranda divinam Pallas fecit gratiam.

Eustathius, ad Odyss. α'. Ἤκμασεν ἡ τῶν ποικίλων ὑφὴ παρὰ Κυπρίοις· ἔνθα ἔντεχνοι περὶ αὐτὰ ὑφάνται ἦσαν ἔνδοξοι, Ἀκεσᾶς, καὶ υἱὸς αὐτοῦ Ἑλικών. *Floruit variarum vestium textura apud Cyprios: ubi celebres ejus artis magistri erant, Acesas, & filius ejus Helicon.* Sal quoque

illic optimus erat. Plinius, lib. XXXI. cap. vij. *Marinorum maximè laudatur (ſal) Cyprius, à Salamine.* Dioſcorides, ubi de ſale agit, lib. V. cap. cxxvj. κάλλιστον δ' ἐν Κύπρῳ, καὶ Κύπρου τῇ Σαλαμῖνι γίνεται. *Optimus verò fit in Cypro, & in Cypri Salamine.* Mnaſis ibidem erat menſura decem modiorum. Epiphanius, De Pond. & Menſ. Μνασὶς παρὰ Κυπρίοις μετρεῖται, καὶ παρ' ἄλλοις ἔθνεσιν. εἰσὶ δὲ δεκαμόδιοι σίτου ἢ κριθῶν. *Mnaſis menſura eſt àpud Cyprios, & alias gentes. Sunt verò modii frumenti, & hordei, decem.* Heſychius dicit: Μνασίον, μέτρον τι διμέδιμνον. *Mnaſium, menſura quædam, duos medimnos continens.* Idque rectè. Nam medimnus, modios quinque continebat: & mox ipſe Epiphanius id teſtatur. Τὸν μέδιμνον Σαλαμίνιοι, ἤτοι Κωνσάντιοι, πέντε μοδίων ἔχουσι. *Medimnum Salaminii, ſive Conſtantii, quinque modiorum habent.* Ac Salaminii quidem Σπαύονθες dicebantur. Heſychius. Σπαύονθες Σαλαμίνιοι. *Spauonthes, Salaminii.* Vocabula quoque erant illis aliqua peculiaria. Vide apud Heſychium, in Εὔχους. Θέαγον. Κάγρα. Κάδαμος. Κύβος. Τύγερος. Τὺ πετρασίαν. Τέργγα.

CAP. XXIV.

Satrachus; ſive Setrechus, ut quidam ſcribunt. Seſtus. Sicilia: ubi medimnus continebat modios quatuor cum dimidio, planè ut in urbe Papho.

S*atrachus.* Urbs erat, & ejuſdem nominis fluvius. Lycophron, in Alexandrâ.

Καὶ Σάτραχον βλώξαντες, Ὑλάτου τε γῆν.
Et Satrachum venientes, & Hylatæ terram.

Ubi Iſaacius Tzetzes. Σάτραχος, πόλις, καὶ ποταμὸς, Κύπρου. *Satrachus, urbs, & fluvius, Cypri.* Scribitur etiam, Setrechus. Tzetzes ibidem. Τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε γράφουσι Σέτρεχος. *Quidam verò per e ſcribunt, Setrechus.* De fluvio verò, poſteà dicam.

Seſtus. Commemoratur à Nonno, in catalogo urbium Cypriarum, Dionyſ. lib. XIII.

οἵ τ' ἔχον ὑδατόεντα πέδον, καὶ ἑδέθλια Σηστοῦ.

Quique tenebant aquosum solum & fundamenta Sesti.

Sicilia. Hanc quoque aliquam Cypri urbem fuisse, colligere est ex Epiphanio; ubi dicit, eos pariter Paphiosque, inter Cyprios, medimnum habere modiorum quatuor & dimidii: Salaminios verò, qui Constantii quoque dicti, quinque. Ecce verba, lib. De Mens. & Pond. Μέδιμνος δὲ, παρ' αὐτοῖς τοῖς Κυπρίοις, διάφορος. τὸν γὰρ μέδιμνον Σαλαμίνιοι, εἴτουν Κωνσταντιοι, ἐκ πέντε μοδίων ἔχουσι· Πάφιοι δὲ, καὶ Σικελοὶ, τεσσάρων ἥμισυ μοδίων αὐτὸν μετροῦσιν. *Medimnus verò, etiam apud ipsos Cyprios, est diversus. Salaminii enim, sive Constantii, medimnum quinque modiorum habent: Paphii verò, Siculique, quatuor modiis cum dimidio eum ipsum metiuntur.*

CAP. XXV.

Soli, olim Æpéa. Condita à Demophonte, Thesei filio: sive, ut alii, Acamante, ac Phalero. Habebat portum, fluviumque: uti Veneris quoque templum, Isidisque, & Minervæ: cujus sacerdos, Ὑπεκκαύστρια dicebatur. Cives, Solii appellati; ad illorum, qui ejusdem in Ciliciâ nominis urbem habitabant, & Solenses dicebantur, differentiam. Unde solœcismus dictus. Abbiani carmen quoddam illustratum. Obsessa à Persis, & quinto mense expugnata. Euagoræ, Cyprum vindicare satagenti, se opponit. Reges illic Eunostus, Philocyprus, & Aristocyprus. Hic Stasanor natus, unus Alexandri ducum. Lapis Carystius, inter Gerandrum, & Solos.

Soli. Olim Æpéa dicta, uti supra memoravi, cap. vij: ubi vide, cur hoc nomen sit adepta. Condidisse Demophontem, Thesei filium, illic docui ex Plutarcho: à quo Strabo noster abit, & struxisse Acamantem, ac Phalerum, nobis tradit. Habebat verò portum ac fluvium; Venerisque templum, & Isidis. Ejus verba ecce ista, lib. XIV. Εἶτα Σόλοι πόλις, λιμένα ἔχουσα, καὶ ποταμὸν, καὶ ἱερὸν Ἀφροδίτης, καὶ Ἴσιδος· κτίσμα δ' ἐστὶ Φαλήρου, καὶ Ἀκάμαντος, Ἀθηναίων. *Inde urbs Soli, portum fluviumque habens, tum fanum Veneris, atque Isidis: condita verò ab Acamante, & Phalero, Atheniensibus.*

I 2 Etiam

Etiam Minerva illic colebatur, ejus ſacerdos dicebatur Ὑπεκκαύστρια. Vide Plut. II. 292. Oppidani, Σόλιοι *Solii* appellabantur; ut diſtinguerentur ab his qui Ciliciæ, atque Σολεῖς, ceu *Solenſes* dicebantur. Addit Strabo. οἱ δ᾽ ἐνοικοῦντες, Σόλιοι καλοῦνται. *Qui autem inhabitant, Solii vocantur.* Diogenes Laërtius, in Solone, lib. I. Ἐκεῖθεν δὲ ἀπαλλαγεὶς, ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ· καὶ πόλιν ᾤκισεν, ἣν ἀπ᾽ αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσεν. ὀλίγους τέ τινας τῶν Ἀθηναίων ἐγκατῴκισεν, οἳ τῷ χρόνῳ τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες, σολοικίζειν ἐλέχθησαν. καί εἰσιν οἱ μὲν ἔνθεν, Σολεῖς· οἱ δ᾽ ἀπὸ Κύπρου, Σόλιοι. *Hinc diſcedens in Ciliciam abiit; atque urbem ibi condidit, à ſe Solos appellatam. paucos etiam aliquos Athenienſium illic habitare fecit: qui cùm vocem tractu temporis corrupiſſent, dicti ſunt* Σολοικίζειν. *ac qui inde oriundi, ſunt Solenſes; qui è Cypro, Solii ſunt nominati.* Idem dicit Euſtathius, in Dionyſium: Diſcrimen verò inter Solios, & Solenſes, refert etiam Hipparchus, in Aratum. Ἀπὸ τῶν ἐν Κιλικίᾳ Σόλων, οἱ πολῖται Σολεῖς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ, Σόλιοι. *A Solis Ciliciæ, cives Solenſes; à Cypri, Solii.* De Solœciſmo, quem Ciliciæ Solis tribuunt, facit dubitare Suidas, cùm inquit. Σόλοι, Κιλικίας πόλις, καὶ Κύπρου· ἀφ᾽ ὧν ὁ σολοικισμὸς, βαρβαριζόντων κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶτταν. *Soli, Ciliciæ urbs, & Cypri: à quibus Solœciſmus, cùm ſuâ linguâ ipſi barbarè loquerentur.* Certè nil diſtinctè dicit. Sed ad Cypri Solos pertinet perargutum Epigramma Abbiani, quod habemus Anthologiæ lib. II. cap. xlvj.

Ἑπτὰ σολοικισμοὺς Φλάκκῳ τῷ ῥήτορι δῶρον
  Πέμψας, ἀντέλαβον πέντε διακοσίους.
Καὶ νῦν μέν, φησιν, τούτους ἀριθμῷ σοι ἔπεμψα,
  Τοῦ λοιποῦ δὲ μέτρῳ πρὸς Κύπρον ἐρχόμενος.

Septem ſolœciſmos Flacco rhetori donum
  Mittens, recepi quinque & ducentos.
Et nunc quidem, inquit, eos numero tibi miſi:
  In poſterùm verò mittam menſurâ, cùm in Cyprum venero.

Dicere poëta cupit; cùm in Cyprum, & in eâ Solos, venero, atque illic σολοικίζειν etiam didicero, non jam numerato tibi ſolœciſmos, ſed menſurâ totâ, mittam. Certè de Solis Cypri, dicit etiam Euſtathius, ad Iliad. ψ'. Dicit Strabo, in citatis ſtatim verbis, flumini adjacuiſſe: idque Clarium fuiſſe, ſupra ex Plutarcho docui,

ubi

ubi de Æpéâ ago. Obiisse autem illic Solon traditur, à Suida. οἱ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κύπρῳ Σόλους ἐξ αὐτοῦ φασι· καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν ἐν Κύπρῳ. *Hi verò, & Solos Cypri nomen ab eo accepisse, sunt auctores: tum & diem in Cypro ipsum obiisse.* Templa Veneris, Isidisque, à Strabone referuntur: quorum tamen nulla alibi exstat mentio. Obsessa à Persis, & capta fuit, quinto obsidionis mense. Herodotus, lib. V. Τῶν δὲ ἐν Κύπρῳ πολίων ἀντέσχε χρόνον ἐπιπλεῖστον πολιορκουμένη Σόλοι· τὴν, πέριξ ὑπορύσσοντες τὸ τεῖχος, πέμπτῳ μηνὶ εἷλον οἱ Πέρσαι. *Urbium verò Cypriarum diutissimè obsidionem pertulit Soli: quam, suffosso circum muro, quinto mense ceperunt Persæ.* Euagoræ, Cypri sibi regnum vindicare cupienti, Solii, cum Amathusiis, Citiensibusque, se opposuerunt. Diodorus Siculus, rem prolixè narrans, inter cætera ait, lib. XIV. Ἀμαθούσιοι δὲ, καὶ Σόλιοι, καὶ Κιτιεῖς, ἀντέχοντες τῷ πολέμῳ, πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Ἀρταξέρξην, τὸν Περσῶν βασιλέα, περὶ βοηθείας. καὶ τοῦ μὲν Εὐαγόρου κατηγόρουν, ὅτι τὸν Ἄγυριν βασιλέα, σύμμαχον ὄντα Περσῶν, ἀνεῖλε, τὴν δὲ νῆσον ὡμολόγησαν αὐτῷ συγκατακτήσασθαι. *Sed Amathusii, & Solii, & Citienses bello resistentes, ad Artaxerxem, Persarum regem, legatos mittunt, qui auxilium petant. Et Euagoram quidem criminantur, quod Persarum socium regem Agyrim interfecißet: ac promittunt, insulam cum eo se in potestatem redacturos.* Reges illic memorantur, Eunostus quidem, ab Athenæo, lib. XIII; & Eustathio, ad Iliad. ψ'. Philocyprus verò, & Aristocyprus, ab Herodoto, lib. V; & Plutarcho, in Solone. Vide infra, ubi reges Cypri trado. Hinc Stasanor etiam fuit, qui, gratià valens apud Alexandrum Magnum, inter duces ejus fuit. Strabo, ubi de Solis agit. Ἐντεῦθεν ἦν Στασάνωρ τῶν Ἀλεξάνδρου ἑταίρων, ἀνὴρ ἡγεμονίας ἠξιωμένος. *Hinc erat Stasanor, unus de amicis Alexandri, dignus habitus, qui inter duces adsciſceretur.* Meminit ejus Diodorus, lib. XVII: & semel, iterumque lib. XVIII. Justinus quoque, lib. XIII: & Arrianus, lib. VI. Lapis verò item quidam, Carystio similis, nascebatur juxta hanc urbem, quà Gerandrum iter erat. Apollonius, Hist. Mirab. cap. xxxvj. Γίγνεται δὲ ὁ λίθος οὗτος καὶ ἐν Καρυστῷ μὲν, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔλαβεν· πολὺς δ' ἐν Κύπρῳ, καταβαινόντων ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου ὡς ἐπὶ Σόλους πορευομένοις. *Nascitur verò hic lapis, etiam in Carysto quidem, unde & accepit nomen: multus verò & in Cypro, quà Gerandro Solos versus iter ducit.*

CAP.

CAP. XXVI.

Tamaſſus. In ejus nomine Stephanus, & Plinius, emendati. Abundabat ære optimo. Tegeſſus. Heſychii locus reſtitutus. Tembrus. Apollonis Hylatæ fanum. Stephanus iterum emendatus. Throni. Treta. Tremithus, ſive Trimethus, vel etiam Trimythus. Unde dictæ. Τρέμιθος, *Cypriorum linguâ, terebinthus. Urania.*

Tamaſſus. In regione inſulæ mediterraneâ ponitur à Ptolemæo, Geogr. lib. V. Strabo, lib. XIV. μέταλλά τε χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ. *Metalla etiam æris abundantia ſunt apud Tamaſſum.* Meminitque ejus iterum, lib. VI. In mediterraneâ regione Cypri ſitam, etiam teſtatur Stephanus. Ταμασσὸς, πόλις Κύπρου, διάφορον ἔχουσα χαλκὸν, ἐν μεσογείᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Ταμασσίτης, καὶ Ταμάσσιος. *Tamaſſus, urbs Cypri, eximium habens æs, in mediterraneâ regione. Gentile, Tamaſſites, & Tamaſſius.* Ita ſcribo. Minus rectè illic editur, Ταμάσεος, Ταμασίτης, Ταμάσιος. Corrigendus quoque Plinius, lib. V. cap. xxxj. in recenſione urbium, ubi itidem vulgatur nunc, *Tamaſeus.* Nonnus unico σ protulit, metri causâ, Dionyſ. lib. XIII.

Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον. ———
Et Tamaſum, & Tembrum. ———

Abundabat ære optimo: ut videre eſt in citatis Stephani, & Strabonis, verbis.

Tegeſſus. Stephanus. Τεγησσὸς πόλις Κύπρου. *Tegeſſus, urbs Cypri.* Heſychius promontorium dicit. Τεγησσὸς, ἀκρωτήριον Κύπρου. *Tegeſſus, promontorium Cypri.* Ita enim ſcribere malim quàm Κύπριοι. *Cyprii.* Neque enim Cyprii quodvis promontorium, ut hæc fert lectio, appellativè, ut Grammatici loquuntur, Tegeſſum dicebant, ſed proprio nomine quoddam ſuæ inſulæ appellabant. Poſteà occurrit iterum apud eundem, & Τειγισὸς ſcribitur. Τειγισὸς, ἀκρωτήριον Κύπρου. *Tegiſus, promontorium Cypri.*

Tembrus, Fano Apollinis Hylatæ celebris. Stephanus. Τέμβρος, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τετίμηται Ὑλάτης Ἀπόλλων. *Tembrus, urbs Cypri,*

in quâ cultus fuit Apollo Hylates. Ita corrigo : perperam enim hodie editur Ἡλάτης Ἀπόλλων. *Helates Apollo.* Dionysius Samius, Bassaricorum lib. III.

> Οἵ τ' ἔχον Ὑλάταιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
> Τέμβρον, Ἐρύσθειάν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.
> *Quique habebant Hylatæ dei fanum Apollinis,*
> *Tembrum, Erystheamque, & mari cinctam Amamassum.*

Exstant hi versus apud eundem Stephanum, in Ἐρύσθεια.

Throni. Ptolemæus. Θρόνοι, πόλις, καὶ ἄκρα. *Throni, urbs, & promontorium.* Meminit etiam Strabo: sed, an urbs, an promontorium, id non dicit. Promontorii, etiam posteà mentionem idem Ptolemæus facit. Μετὰ τοὺς Θρόνους τὴν ἄκραν, Ἀμμόχωστος. *Post Thronos promontorium, Ammochostus.*

Treta. Meminit Strabo, in recensione urbium. Εἶτα Τρῆτα, καὶ Βοόσουρα, καὶ παλαιὰ Πάφος. *Inde Treta, & Boosura, & antiqua Paphus.*

Tremithus, sive *Trimethus*, aut *Trimythus*, nam diversè apud Auctores nomen scribitur, urbs erat inter mediterraneas. Ptolemæus, Geogr. lib. V. Πόλεις δέ εἰσι μεσόγειοι, αἵδε· Χύτρος, Τρεμηθοῦς, Ταμασσός. *Urbes verò mediterraneæ, sunt istæ: Chytrus, Trimethus, Tamassus.* Originem nominis tradit Stephanus. Τρεμιθοῦς, κώμη Κύπρου. φασὶ δὲ ὅτι, ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς τὸν τόπον, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ δαίμονος, ὑπὸ τρόμου σαλευθῆναι· διὸ καὶ Τρεμιθοῦντα κληθῆναι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἀπὸ τῶν περὶ τὸν τόπον πεφυκυιῶν τερμίνθων, ἃς Κύπριοι τρεμίθους καλοῦσιν. *Tremithus, vicus Cypri. Ajunt verò, postquam Venus hunc in locum accessisset, deæ adventu concussum esse præ tremore. Ideoque Tremithuntem appellari. Ego verò arbitror, à terebinthis, ibi natis, quas* τρεμίθους *Cyprii vocant.* Inde erat S. Spyridon. Vide Constantinum Porphyrogenetam, Them. lib. I. cap. xv; Suidam, in Σπυρίδων & Τριμυθοῦς. Nicephorum Callistum, lib. VIII. cap. xiv. xlij. Socratem, lib. I. cap. xij. Sub Christianis, facta est episcopi sedes: ut videre est apud Socratem, & Nicephorum, locis citatis.

Urania. Diodorus Siculus, ubi de Demetrii in Cyprum irruptione

ne agit, lib. XX. ἔπειτα τοῖς πλησιοχώροις προσβολὰς ποιησάμενος, εἷλε κατὰ κράτος Οὐρανίαν, καὶ Καρπασίαν. *Vicinas deinde urbes aggressus, Uraniam, & Carpasiam, vi cepit.* Nonnus, Dionys. lib. XIII.

> Οἵ τε πόλιν Κινύρειαν, ἐπώνυμον εἰσέτι πετρῶν,
> Ἀρχεγόνου Κινύραο, καὶ Οὐρανίης πέδον ἕδρης,
> Αἰθερίου κενεῶνος ἐπώνυμον. ———
> *Quique urbem Cinyream, cognominem adhuc rupibus*
> *Prisci Cinyræ, & Uraniæ solum sedis,*
> *Ætherei ventris cognomine.* ———

Et hæ quidem urbes Cypri, passim mihi apud Auctores observatæ. Hodie paucæ ex his restant; quarum præcipuæ, Nicosia, & Famagusta: ut Gerardus Mercator refert, in Descriptione Cypri; & Bartholomæus Saligniacus, Itinerarii Hierosolymitani Tom. IV. cap. ij. Pagi, exstant universim octingenti quinquaginta: ut Mercator, loco jam citato, refert. Ergo imposuit Martino Crusio, viro bono, & erudito, Græculus ille, Stamatius Donatus: qui cùm urbium, tùm pagorum, quindecim millia hodiè esse affirmabat. Vide eum, in Annotationibus ad Turcogræciæ lib. II.

CAP. XXVII.

Promontoria, & montes. Acamas: nomen habens ab Acamante, Thesei filio. Fluvius ex eo, Bocarus. Aoum: nominatum ab Aoo, Cephali, & Auroræ filio. Fluvii ex eo duo; Serachus, & Plieus. Callinusa. Clides. Hesychii locus restitutus. Crommyuacra. Curias: ubi æs nascebatur. Servius, & Aristoteles emendati.

Vidimus urbes; nunc promiscuè promontoria, atque montes, referamus. In primis, occurrit

Acamas: de quo Strabo lib. XIV. ὁ δ' Ἀκάμας, ἐστὶν ἄκρα, δύο μαστοὺς ἔχουσα, καὶ ὕλην πολλήν. κείμενος μὲν ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν, ἀνατείνων δὲ πρὸς ἄρκτον *Acamas verò, promontorium est, duo ubera habens; & sylvam multam: situm quidem in occiduâ insulæ parte, sed septentrionem versus sese porrigit.* Meminitque iterum posteâ: sicut etiam Ptolemæus, Geogr. lib. V; Lucianus, in Navigio, sive

Votis; Plinius, lib. V. cap. xxxj. Sextus Empiricus, Adverſ. Mathem. lib. I. cap. xij. Βριλησσὸς μὲν, καὶ Ἀράκινθος, τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὄρος· Ἀκάμας δὲ, τῆς Κυπρίας ἀκρωτήριον. *Brileſus quidem, & Aracinthus, mons eſt Atticæ; Acamas verò, terræ Cypriæ promontorium.* Nomen accepit ab Acamante, Theſei filio. Heſychius. Ἀκάμαντα, ἀκοπίαστον. καὶ κύριον ὄνομα ἑνὸς τῶν Ἀντήνορος υἱῶν. καὶ ὄρος ἐν Κύπρῳ, οὕτω καλούμενον. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἀκάμαντος, τοῦ Δημοφῶντος μὲν ἀδελφοῦ, υἱοῦ δὲ Θησέως. *Acamanta, indefeſſum. & nomen proprium unius filiorum Antenoris. Etiam mons in Cypro, ita dictus. Nominatus verò eſt ab Acamante, Demophontis quidem fratre, ſed Theſei filio.* Ex hoc Bocarus profluebat, Heſychius. Βώκαρος, ποταμὸς ἐν Σαλαμῖνι ἐκ τοῦ Ἀκάμαντος ὄρους φερόμενος. *Bocarus, fluvius Salaminem perluens, ex Acamante monte profluens.*

Aoum. Mons: è quo profluunt duo amnes, Serachus, & Plieus. Etymologici Auctor, in Ἀῷος. Φιλέας δὲ, πρῶτον βασιλέα Ἀῷον, φησὶν, Ἠοῦς ὄντα καὶ Κεφάλου· ἀφ' οὗ καὶ ὄρος τι (τῆς Κύπρου) ὠνομάσθη Ἀῷον. ἐξ οὗ δύο ποταμῶν φερομένων, Σεράχου τε καὶ Πλιέως, τὸν ἕνα τούτων ὁ Παρθένιος Ἀῷον κέκληκε, διὰ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τετραμμένην ἔχειν τὴν ῥύσιν. *Phileas verò, primum regem Aoum, (dicit,) filium Auroræ, & Cephali: à quo etiam mons quidam (Cypri) appellatus eſt Aous. Ex quo cùm duo fluvii procedant, Serachus, & Plieus, horum unum Parthenius, quod verſus orientem fluat, Aoum vocavit.* Ac de fluviis quidem iſtis, poſtea dicam.

Arſinoë. Promontorium, cum ſtatione, templo, & luco. Strabo. Εἶτ' ἄκρα Ζεφυρία, πρόσορμον ἔχουσα· καὶ ἄλλη, Ἀρσινόη, ὁμοίως πρόσορμον ἔχουσα, καὶ ἱερὸν, καὶ ἄλσος. *Inde promontorium Zephyria, ſtationem habens: item aliud, Arſinoë, pariter habens ſtationem, templum, & lucum.*

Callinuſa. Promontorium. Memoratur Ptolemæo.

Clides. Itidem promontorium. Herodotus, lib. V. Τῇσι δὲ νηυσὶ οἱ Φοίνικες περιέπλωον τὴν ἄκρην, αἳ καλέονται Κλεῗδες τῆς Κύπρου. *His autem navibus Phœnices circumnavigabant promontorium, quæ vocantur Clides, (ſive Claves,) Cypri.* Corruptus eſt Heſychii locus. Κλεῖδες, ἀκρατεῖς, Κύπριοι. *Clides, incontinentes, Cyprii.* Emendandum. Κλεῖδες, ἄκρα τῆς Κύπρου. *Clides, promontorium Cypri.* Plinius,

nius, de Cypro agens, lib. V. cap. xxxj. *Promontorium ex adverso Syriæ, Clides.* Ptolemæus, insulas dicit, Νῆσοι δὲ παρ' αὐτὴν, αἱ καλούμεναι Κλεῖδες. *Insulæque juxta eam, Clides dictæ.* Strabo, eas duas dicit. Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν Κλεῖδες νησία δύο προσκείμενα τῇ Κύπρῳ, κατὰ τὰ ἑωθινὰ μέρη τῆς νήσου. *Sunt verò Clides parvæ insulæ duæ Cypro adjacentes, ad ortivas ejus partes.*

Crommyu-acra. Promontorium. Strabo. Ἔφαμεν δέ που, καὶ τὸ Ἀνεμούριον, ἄκραν τῆς Τραχείας Κιλικίας, ἀντικεῖσθαι τὸ τῶν Κυπρίων ἀκρωτήριον, τὴν Κρομμύου ἄκραν. *Diximus verò alibi, è regione Anemurii, quod est Asperæ Ciliciæ promontorium, objacere Cypriorum promontorium Crommyu-acram.* Et posteà. Ὑπέρκειται δ' ἐν μεσογαίᾳ, Λιμενία πόλις· εἶθ' ἡ Κρομμύου ἄκρα. *Superius sita est in mediterraneâ regione, urbs Limenia: inde Crommyi-acra.* Libri scripti, ut testatur Casaubonus, habent Κρομμύων: & sic quoque Ptolemæus. Singulari numero Cassius, in Epistolâ ad Ciceronem: quæ est inter Ciceronis quas familiaribus scripsit, lib. XII. epist. xiij. *Vale, data Idibus Junii, Cypro, à Crommyu-acride.*

Curias. Promontorium, ceu peninsula. Strabo. Κουριάς, χερρονησώδης. *Curias, peninsulæ instar.* Meminit ejus Theophrastus, lib. De Ventis. Erat autem illic æs. Observare est apud Servium, sed corruptis ejus verbis, ad Æneid. lib. III. *Quod apud Cyprum mons sit, æris ferax, quem Cypricorium vocant.* Emendandum equidem puto: *quem Cyprii Curium vocant.* De eodem promontorio, sive monte, & enato illic ære, sed corruptis itidem verbis, Aristoteles, De Mirab. Aud. Φασὶ καὶ ἐν Κύπρῳ, περὶ τὸ λεγόμενον Τυῤῥίαν, χαλκὸν ὅμοιον γίγνεσθαι. *Ajunt etiam in Cypro, circa Tyrrhiam quem vocant, æs simile nasci.* Iterum corrigendum arbitror: Περὶ τὸ λεγόμενον Κούριον. *Circa Curium quod vocant.* Meminit hujus promontorii etiam Ptolemæus.

CAP. XXVIII.

Dades. Dinaretum. Drepanum. Elæa. Polyænus illustratus. Olympus, mammillæ similis: & in eo Veneris Acrææ templum, nec intrare, nec videre, fœminis licitum. Orpheus, Euripides, & Proclus, illustrati. Animal quoque illic mirum, à felibus necari solitum. Pedalium. Phrurium. Sarpedon. Stiria. Tegessus, sive Tigisus. Throni. Thyrria. Zephyria, sive Zephyrium: ubi optima molybdæna. Promontorium incerti nominis, è quo dejici consuevere, qui Apollinis aram attigissent.

Dades. Promontorium. Ptolemæus. Κίτιον, πόλις· Δᾶδες, ἄκρα· Θρόνοι, πόλις, καὶ ἄκρα. *Citium, urbs; Dades, promontorium: Throni, urbs, & promontorium.*

Dinaretum. Promontorium. Plinius, lib. V. cap. xxxj. *Longitudinem (Cypri) inter duo promontoria, Dinaretum, & Acamanta.*

Drepanum. Promontorium. Memoratur Ptolemæo, post veterem Paphum.

Elæa. Promontorium. Ab eodem Ptolemæo nominatur, velut propè Salaminem. Estque hoc ipsum, cujus, quanquam sine nomine, meminit Polyænus, lib. IV. Δημήτριος, πρὸς διακοσίας ὁμοῦ τριήρεις ἀξιόμαχος οὐκ ὤν, τὸ Σαλαμῖνος ἄκραν ὑπερέχουσαν περιπλεύσας, ὑπὸ κρημνῷ λιμενίζοντι ναυλοχῶν ἐκρύπτετο. *Demetrius, ad pugnam cum ducentis navibus ineundam inæqualis, promontorium, supra Salaminem situm, circumnavigans, sub præcipitio, quod ad portus instar esset, naves suas collocatas occultabat.* Iterum cùm de Menecrate, Salaminem expugnare cupienti, verba facit, lib. V. Σημεῖον ἦρε τοῖς κυβερνήταις ἀποπλεῦσαι, καὶ ὑπὲρ τὴν παρακειμένην ἄκραν ἀποκρύπτειν. *Signum gubernatoribus dedit, ut abducerent naves, & supra promontorium, quod adjacebat, occultarent.*

Olympus. Mons, in meridionali insulæ parte. Ptolemæus. Τὰ μὲν μεσημβρινὰ, (τῆς Κύπρου,) ἡ Ἀμαθουσία, καὶ ὁ Ὄλυμπος τὸ ὄρος. *In meridionali regione, (Cypri,) Amathusium territorium, & Olympus mons.* Erat autem instar mammillæ. Strabo. Καὶ μεταξὺ πολίχνη, Πα-

λαιὰ καλȣμένη· καὶ ὄρος μαστοειδὲς, ὄλυμπος. *Et in medio oppidum, Palæa dictum: & mons similis mammillæ, Olympus.* Et in eo Veneris Acrææ templum erat: quod nec accedere mulieribus, nec videre idem licitum. Idem Strabo, paullo antè. Εἶτα ἄκρα, καὶ ὄρος. ἡ δ᾽ ἀκρώρεια, καλεῖται ὄλυμπος, ἔχȣσα Ἀφροδίτης Ἀκραίας ναὸν, ἄδωτον γυναιξὶ, καὶ ἀόρατον. *Inde promontorium, & mons: summitas verò montis, Olympus vocatur; habens Veneris Acrææ templum, quod nec ingredi mulieribus, nec videre permittebatur.* Meminit ejus Orpheus Hymno in Venerem.

> Ἔρχεο Κυπρογενὲς θεῖον γένος, εἴτ᾽ ἐν ὀλύμπῳ
> Εἶ σὺ θεὰ βασίλεια, καλῷ γήθȣσα προσώπῳ,
> Εἴτε καὶ εὐλιβάνȣ Συρίης ἕδος ἀμφιπολεύεις.
> *Veni in Cypro genitum divinum genus, sive in Olympo*
> *Es tu dea regina, pulcrâ gaudens facie,*
> *Sive thure abundantis Syriæ sedem circumis.*

Et Euripides, in Bacchis.

> Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν κύπρον,
> Νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτης.
> Ὅπȣ καλλιστευομένα
> Πιερία, Μȣσεῖος ἕδρα,
> Σεμνὰ κλιτὺς Ὀλύμπȣ.
> *Utinam veniam in Cyprum,*
> *Insulam Veneris:*
> *Ubi pulcherrima*
> *Pieria, Musarum sedes,*
> *Sacer clivus Olympi.*

Et hinc Venerem Olympiam vocat Proclus, Hymno in eam.

> Καὶ ἑ θεὰν ὀνόμηναν ὀλυμπίαν. ———
> *Et ipsam deam vocârunt Olympiam.* ———

In eo monte refert mirum animal Martinus Crusius, ex relatu Stamatii Donati Cyprii, ubi de hâc insulâ agit, Turcogræciæ lib. II. *Ait, in Olympo, qui solus in Cypro sit mons, animal, corpore & caudâ* ὀφιοειδὲς, *quadrupes, magnum, longitudine equi, & satis altum, robustâ pelle, ferrum non curans, sed bombardas, homines obviam venientes devorans: vinci tamen à catto uno, aut duobus, insi-*

dian-

diantibus, insilientibus, oculos magnos eruentibus, & necantibus.

Pedalium. Promontorium. Strabo. Εἶτ' ἄκρα, Πηδάλιον· εἰς ἣν ὑπέρκειται λόφος τραχὺς, ὑψηλὸς, τραπεζοειδὴς ἱερὸς Ἀφροδίτης. *Inde promontorium, Pedalium: supra quod est collis asper, altus, mensæ similis, Veneri sacer.* Sed legendum ibi Ἰδάλιον, ostendi supra, lib. I. cap. xij.

Phrurium. Promontorium. Ptolemæus, μετὰ δὲ τὸ Δρέπανον ἄκρον, Φρούριον ἄκρον. *Post Drepanum verò promontorium, Phrurium promontorium.*

Sarpedon. Promontorium: cui assita urbs Carpasia. Strabo. Εἶτα Καρπασία πόλις, λιμένα ἔχουσα· κεῖται δὲ κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδόνα. *Inde Carpasia urbs, portum habens: sita verò est juxta promontorium Sarpedonem.*

Stiria. Promontorium. Plinius. *Promontorium ex adverso Syriæ, Clides: rursusque ab altero capite, Stiria.* Ac fortasse in eo loco Aristotelis, de quo egi capite superiore, de Curiade promontorio, pro Θυῤῥίαν, rectiùs Στιρίαν legetur. Certè propius accedit. Arbitrium lectorum esto.

Tegessus. Promontorium. Vide supra, lib. I. cap. xxv.

Throni. Promontorium. Vide supra, lib. I. cap. xxv.

Thyrria. Occurrit apud Aristotelem, De Mirab. Aud. Vide, quæ jam statim dixi, in *Stiria.*

Zephyria. Promontorium, quod habebat stationem. Strabo. Εἶτ' ἄκρα Ζεφυρία, πρόσορμον ἔχουσα. *Hinc Zephyria promontorium, stationem habens.* Ptolemæo, Ζεφύριον, *Zephyrium*, scribitur. Πάφος νέα, Ζεφύριον ἄκρον. *Paphus nova, Zephyrium promontorium.* Eodem modo apud Plinium, qui optimam ibi molybdænam factam tradit, lib. XXXIV. cap. xviij. *Est & molybdæna, quam alibi galenam vocavimus, plumbi, & argenti, vena communis. Laudatissima, quæ in Zephyrio fiat.* Et hoc ipsum esse puto, quod describit accuratè Claudianus, in Epithalamio Honorii, & Mariæ.

Mons latus Eoum Cypri præruptus obumbrat,
Invius humano gressu, Phariumque cubile
Proteos, & septem despectans cornua Nili.

 Hunc

Hunc neque candentes audent veſtire pruinæ;
Hunc venti pulſare timent, hunc lædere nymbi:
Luxuriæ, Venerique vacat. pars acrior anni
Exulat: æterni patet indulgentia veris.
In campum ſe fundit apex; hunc aurea ſepes
Circuit, & fulvo defendit prata metallo:
Mulciber, ut perhibent, his oſcula conjugis emit
Mœnibus, & tales uxorius obtulit arces.
Intus rura micant, manibus quæ ſubdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono.

Et quæ ſequuntur, ſatis multa. Erat & incerti nominis promontorium: è quo, qui Apollinis aram tetigiſſent, dejiciebantur, in occiduâ inſulæ parte, propè Curium. Strabo. Ἀρχὴ δ᾽ οὖν τοῦ δυσμικοῦ περίπλου τὸ Κούριον, τοῦ βλέποντος πρὸς Ῥόδον· καὶ εὐθύς ἐστιν ἄκρα, ἀφ᾽ ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος. *Initium circumnavigationis occiduæ eſt Curium, Rhodum reſpicientis: ſtatimque eſt promontorium, è quo dejiciunt eos, qui aram Apollinis attigerunt.*

CAP. XXIX.

Achæorum littus: ubi Teucer appulit, à patre Telamone pulſus. Alcathoi vicus: ubi Meſtori natus filius, cui pro dentibus os continuum. Charbyris, ubi vitam monaſticam Hilarion egit. Carium: ubi Hyle, à quâ Apollo Hylates dictus. Cyrenia: ubi Pegæ oppidum. Leucolla. Pieria.

Poſt montes, atque promontoria, loca quædam explicabimus. Inter quæ ſe primùm nobis offert

Achæorum littus: ubi Teucer, patrem Telamonem fugiens, primùm appulit. Strabo. Εἶτ᾽ Ἀχαιῶν ἀκτή, ὅπου Τεῦκρος προσωρμίσθη πρῶτον, Σαλαμῖνα κτίσας τὴν ἐν Κύπρῳ· ἐκβληθείς, ὥς φασιν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς Τελαμῶνος. *Inde Achæorum littus, ubi Teucer primùm appulit, poſtquàm Salamina Cypri condidiſſet, ejectus, ut ajunt, à parente Telamone.* Ponit autem illud juxta Aphrodiſium, ut videre

est ibidem. Et sic etiam Ptolemæus. Καρπασία. Ἀχαιῶν ἀκτή. Ἀφροδίσιον. *Carpasia. Achæorum littus. Aphrodisium.*

Alcathoi vicus. Hic Mestori cuidam natus filius, qui pro dentibus os continuum haberet. Pollux lib. II. cap. iv. sect. xxj. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ παραμίξαι τῷ γλυκεῖ τῆς ἱστορίας, διὰ τὸ τῆς ἀκοῆς ἐπαγωγόν, Πύῤῥον μὲν φασὶ τὸν ἠπειρώτην συμφυεῖς τοὺς ὀδόντας ἔχειν, ἓν ὀστοῦν, γραμμαῖς τετυπωμένον ἐπιπολῆς, εἰς ὀδόντων σχῆμα. ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ Εὐρυφυεῖ τῷ Κυρηναίῳ συμπεσεῖν. καὶ ἄλλοι δὲ ὤφθησαν τοιοῦτοι. περὶ δὲ τὴν Ἀλκάθου κώμην ἐν Κύπρῳ, Μήστορι τῷ Κυπρίῳ τὸ τοιοῦτον βρέφος τεχθέν. *Si verò convenit aliquid jucundæ narrationis admiscere, ad mulcendos auditores, Pyrrhum quidem Epirotam memorant concretos dentes habuisse, unum os, notatâ lineis superficie, ut dentium referret formam. idemque Euryphyi Cyrenæo contigisse. tum & alii visi tales. In Cypro verò, juxta Alcathoi vicum, Mestori Cyprio talis puer natus fuit.*

Charbyris. Hilarion monachus vitam hîc solitariam egit. Sozomenus, Hist. Eccles. lib. V. cap. ix. Τὸ δὲ πλεῖστον παραπλέων (ὁ Ἱλαρίων) τὴν Κύπρον, κατῆρεν εἰς Πάφον· προτραπεὶς τε παρὰ τοῦ τότε Κυπρέων ἐπισκόπου, ἠγάπησε τὴν ἐνθάδε διατριβήν, καὶ περὶ Χάρβυριν, χωρίον οὕτως ἐπονομαζόμενον, ἐφιλοσόφει. *Denique Cyprum præternavigans, (Hilarion) Paphum applicuit: & hortatu Cypriorum tunc episcopi, voluit illic commorari: & juxta Charbyrin, locum sic cognominatum, sapientiæ studium est professus.*

Carium. Juxta hunc locum Hyle erat. unde Apollo Ὑλάτης dictus. Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Ὕλη γάρ ἐστι περὶ τὸ Κάριον τόπον τῆς Κύπρου, ἱερὰ Ἀπόλλωνος· ἀφ' ἧς Ὑλάτην τὸν θεὸν προσαγορεύουσιν. *Hyle enim est juxta locum Cypri Carium, sacra Apollini: à quâ Hylaten cognomento deum dicunt.*

Cyrenia. Regio insulæ, in quâ oppidum Pegæ erat. Stephanus. Πηγαί, παροικία Μεγαρέων· οἱ οἰκήτορες, Πηγαῖοι. ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ τῆς Κύπρου. *Pegæ, vicus Megarensium: qui inhabitant, Pegæi. Est verò etiam urbs in Cyreniâ Cypri.*

Leucolla. Portus. Strabo. Εἶτ' Ἀρσινόη, πόλις, καὶ λιμήν. εἶτ' ἄλλος, Λεύκολλα. *Inde Arsinoë, urbs, & portus: inde alius, Leucolla.* Plinius etiam oppidum facit. *Deinde, contra Tauri promontorium, pestiferæ navigantibus Chelidoniæ: totidem ab illis, cum oppido Leucolâ.*

Pie-

Pieria, locus Musis ſacer. Euripides, in Bacchis.

Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον,
Νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας·
ὅπου καλλιστευομένα
Πιερία, Μούσειος ἕδρα.
Utinam veniam in Cyprum,
Inſulam Veneris.
Ubi pulcherrima
Pieria, Muſarum ſedes.

CAP. XXX.

Fluvii. Aous. Bocarus. Euripidis correctus locus. Salaminem, & Paphum, perluebat, in plures alveos diſtributus. Clarius; ad quem urbs Æpéa. Lapithus. Lycus. Pedæus. Plieus. Serachus, ſive Satrachus, aut Setrechus. Tetius.

Nunc ad fluvios veniamus. In his offert ſe,

Aous. Etymologici Auctor Ἀῷος, ποταμὸς Κύπρου. *Aous, fluvius Cypri.*

Bocarus. Heſychius. Βώκαρος, ποταμὸς ἐν Σαλαμῖνι, ἐκ τοῦ Ἀκάμαντος ὄρους φερόμενος. *Bocarus, fluvius Salaminem perluens, ex Acamante monte profluens.* Scio, ab aliis Bocarum in Salamine Atticâ commemorari: ſed hic fuerit ſanè Cypri, in quâ Acamas, unde ortus. Ac corruptum eſſe puto ejus nomen apud Euripidem, in Bacchis.

Ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον,
Νᾶσον τᾶς Ἀφροδίτας·
Πάφον θ', ἂν ἑκατόστομοι
Βωκάρου ποταμοῦ ῥοαὶ
Καρπίζουσιν ἄνομβροι.
Utinam veniam in Cyprum
Inſulam Veneris:
Et Paphum, quam centum habentis oſtia
Bocari fluvii fluxus
Fœcundant ſine imbribus.

Hodie

Hodiè editur, Βαρβάρου ποταμοῦ. *Barbari fluvii.* Ubi observa, & Paphum perluisse, aut alluisse: & in plures alveos scissum profluxisse.

Clarius. Ad hunc sita urbs Æpéa. Plutarchus, in Solonis Vitâ. Ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων, ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν, ᾠκισμένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμόν. *Inde cùm navigio in Cyprum profectus esset, admodum charus fuit Philocypro, uni regum qui tunc illic, & urbem habebat non ita magnam, conditam à Demophonte, Thesei filio, ad Clarium flumen.*

Lapithus. Ptolemæus. Λαπίθου ποταμοῦ ἐκβολαί. *Lapithi fluvii ostium.*

Lycus. Ptolemæus. Λύκου ποταμοῦ ἐκβολαί. *Lyci fluvii ostium.*

Pedæus. Ptolemæus. Πεδαίου ποταμοῦ ἐκβολαί. *Pedæi fluvii ostium.*

Plieus. Etymologici Auctor, in Ἀῷος. Ἀφ' οὗ καὶ ὄρος τι ὠνομάσθη Ἀῷον, ἐξ οὗ δύο ποταμῶν φερομένων, Σεράχου τε καὶ Πλιέως, τὸν ἕνα τούτων ὁ Παρθένιος Ἀῷον κέκληκε. *A quo mons quidam appellatus est Aous: è quo cùm duo procedant fluvii, Serachus, & Plieus, unum horum Parthenius Aoum vocavit.* Ubi occurrit etiam

Serachus: qui *Satrachus* dicitur Lycophroni.

Οἱ πέντε δὲ Σφήκειαν εἰς Κεραστίαν,
Καὶ Σάτραχον βλώξαντες, Ὑλάτου τε γῆν,
Μορφῷ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν.
Quinque verò in Spheceam Cerastiam,
Et Satrachum venientes, & Hylatæ terram,
Morphonem accolent Zerynthiam.

Ad quem locum Isacius Tzetzes. Σάτραχος, πόλις, καὶ ποταμὸς, Κύπρου. τινὲς δὲ, διὰ τοῦ ε γράφουσι, Σέτραχον. *Satrachus, urbs, & fluvius, Cypri. quidam verò, per e scribunt, Setrechum.*

Tetius. Ptolemæus. Τετίου ποταμοῦ ἐκβολαί. *Tetii fluvii ostium.*

JOANNIS MEURSI
CYPRUS.
SIVE,
De ejus insulæ rebus, & antiquitatibus,
LIBER II.
CAP. I.

Ejus præstantia, vino, oleo, & frumento. Vua Cypria. Scalæ, quibus ad Ephesiæ Dianæ tectum scandebatur, ex unâ vite. Vinum catorchites, sive sycites. Oleum. Olea conditanea, Βομβαία *dictas; sive potiùs,* Βομβυλία. *Hesychii locus emendatus. Triticum fuscum; unde & misceri Alexandrino solitum. Panes nigri, & gratissimi saporis.*

Enarratis Cypri urbibus, montibus, & promontoriis, locis item, fluviisque, ordo postulat, ut, quæ illic provenisse memorantur, resque alias ejusdem, nunc conscribam. Strabo, quatuor ejus prædicat; vinum, oleum, frumentum, & æs. Ecce verba. Διάκειται μὲν οὕτως ἡ Κύπρος τῇ θέσει· κατ᾽ ἀρετὴν δ᾽, οὐδεμιᾶς τῶν νήσων λείπεται. καὶ γὰρ εὔοινός ἐστι, καὶ εὐέλαιος· σίτῳ τε αὐτάρκει χρῆται. μέταλλά τε χαλκοῦ ἐστιν ἄφθονα τὰ ἐν Ταμασσῷ· ἐν οἷς τὸ χαλκανθὲς γίνεται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ χαλκοῦ, πρὸς τὰς ἰατρικὰς δυνάμεις χρήσιμος. *Et hic quidem est Cypri situs: sed præstantiâ nulli insularum cedit. nam & vinum bonum habet oleumque, ac frumenti quantum satis. metallaque æris plurima sunt ad Tamassum; ubi nascitur chalcanthum, & ærugo, utilis ad medicinam.* En, priore loco Strabo laudat

Vinum.

Vinum. Plinius, ubi vina refert transmarina, lib. XIV. cap. vij. *Dignatio est Sicyonio, Cyprio, Telmesiaco.* Synesius, epist. cxlvij. Ζητοῦσι δὲ οἶνον μὲν τὸν λεπτότατον, μέλι δὲ τὸ παχύτατον καὶ ἔλαιον μὲν τὸ κουφότατον, πυρὸν δὲ τὸν βαρύτατον. καὶ πατρίδας αὐτῶν ὑμνοῦσι, Κύπρον, καὶ Ὑμηττόν τινα, καὶ Φοινίκην. *Quærunt verò, vinum quidem tenuissimum, mel crassissimum: tum oleum quidem levissimum, & gravissimum frumentum. Quin patrias illorum celebrant, Cyprum, & Hymettum quendam, & Phœnicen.* Vua Cypria prædicatur etiam Salomoni, Cant. Cantic. cap. I. Ad quem locum Gregorius Magnus. *Cyprus insula est, in quâ uberiores vineæ, quàm alibi, nascuntur.* Anselmus Cantuariensis, ibidem. *Cyprus, est locus, in quo crescit optimum vinum.* Philippus Abbas, cap. xij. *Cyprus insula est, cæteris circumjacentibus prior potiùs, quàm secunda, ut ajunt, qui viderunt, vini peroptimi tam fœcunda, ut non solùm sibi ejus fœcunditas grata, & sufficiens, habeatur, sed & inde in alias regiones vinum sui merito transvehatur.* Ac vis scire magnitudinem botrorum? Audi Aponium, in idem Canticum, lib. III. *Præ omnibus terris insula Cyprus miræ magnitudinis botros vuarum gignere fertur: cujus magnitudinis ille botrus, qui à duobus juvenibus de terrâ repromissionis perlatus fuisse legitur.* Quantas igitur fuisse vites, quæ tam magnos botros tulerint, arbitrabimur? Inde apparet, quod ex unicâ factæ scalæ, quibus ad Ephesiæ Dianæ tectum scandebatur. Plinius tradit, lib. XIV. cap. j. *Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur ex vite unâ Cypriâ.* Hinc de ejus magnitudine facere conjecturam licet. Fiebat etiam illic vinum, catorchites, seu sycites, appellatum. Dioscorides, lib. V. ca.p xlj. Καὶ ὁ (οἶνος) κατορχίτης δὲ, ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ἐν Κύπρῳ σκευάζεται, ὁμοίως τῷ φοινικίτῃ. *Catorchites (vinum) verò, quod sycites à nonnullis appellatur, in Cypro paratur, eodem modo quo palmeum.* Inde in Strabonis verbis

Oleum ponitur: meminitque & Synesius, loco proximè citato. Eratque olea conditanea, quæ Βομβοία appellata. Hesychius. Βομβοία, ἡ κολυμβὰς ἐλαία παρὰ Κυπρίοις. *Bombœa, conditanea olea apud Cyprios.* Tertio loco, est

Frumentum: de quo etiam Synesius, in citatis statim verbis. Erat verò triticum apud Cyprios fuscum, & panem nigrum faciebat:

itaque Alexandrinum miſcebatur. Plinius, lib. XVIII. cap. vij. *Cyprium (triticum) fuſcum eſt, panemque nigrum facit: itaque miſcetur Alexandrinum, candidum.* Eum verò ſuavem fuiſſe, & gratiſſimi ſaporis, ita ut alliceret homines ad edendum, diſcimus ex Eubulo, in Comœdiâ Orthane, apud Athenæum, lib. III. κυπρίων ἢ ἄρτων, μνημονεύει Εὔβουλος, ὡς διαφόρων, ἐν Ὀρθάνῃ, διὰ τούτων.

> Δεινὸν μὲν ἰδόντα παρεκπλεῦσαι Κυπρίους ἄρτους
> Μαγνῆτις γὰρ λίθος ὡς ἕλκει τοὺς πεινῶντας.
> *Grave quidem præterequitare conſpicato Cyprios panes:*
> *Magnetis enim lapidis inſtar trahit eſurientes.*

Excellebat verò triticum Amathuſium: uti ſupra à me dictum, lib. I. cap. viij.

C A P. II.

Æris copia, ad Tamaſſum; in monte Curio, Tyrrhiaque. Cyprus olim Ærosa *dicta. Et inventum illic æs, à rege Cinyra.* Σολοιτύπος, *ſpecies quædam. Aſſes Romanorum ex ære: item mortaria, pyxides, clavi, atque acus. Ægyptii argento ſuo miſcebant. Plumbo miſtum, faciebat colorem purpuræ. Urinâ additâ, fiebat gluten ad ferruminandum aurum. Miſtum flori lapidis Aſſii, mammarum vitia emendabat. Squama æris,* ἡλῖτις *dicta: ejuſque uſus, ad pterygia exſiccanda. Æs uſtum.*

Quarto loco à Strabone æs refertur, ad Tamaſſum copioſum. Vide ſupra, lib. I. cap. xxvj. Erat & in monte Curio, Tyrrhiaque: uti dixi paullo antè, lib. I. cap. xxvij. Hinc *Æroſa* apud veteres Cyprus dicta. Feſtus. *Æroſam appellaverunt antiqui inſulam Cyprum, quòd in eâ plurimum æris naſcatur.* Inde Cypriorum regibus inter alia imperat æs Alexander, apud Curtium, lib. IX. *Cypriorum regibus imperatum, ut æs, ſtupamque, & vela præberent.* Et inventum quidem ibi, ſunt qui tradant. Plinius, lib. XXIV. cap. ij. *Fit & ex alio lapide, quem chalciten vocant in Cypro, ubi prima fuit æris inventio.* Iſidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Famoſa quon-*

quondam (Cyprus) divitiis, & maximè æris: ibi enim prima hujus metalli inventio. Quæ totidem verbis Beda, lib. De nom. loc. in Act. Apoſt. Inventum autem à rege Cinyra memoratur. Plinius, lib. VI. cap. lvj. *Tegulas invenit Cinyras, Agriopæ filius, & metalla æris: utrunque in inſulâ Cypro.* Æris verò Cyprii, meminit etiam Vitruvius, lib. VII. cap. xj. Eratque ductile. Plinius, lib. XXXIV. cap. viij. *Nunc revertemur ad differentes æris miſturas. In Cypro coronarium, & regulare eſt, utrunque ductile.* Et mox. *Ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt.* Quædam ſpecies, Σολοιτύπος dicebatur. Heſychius. Σολοιτύπος, χαλκός τις ἐν κύπρῳ. *Solœtypus, æs quoddam in Cypro.* Ex ære Cyprio, aſſes Romanorum erant. Plinius, lib. XXXIV. cap. ij. *Orichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis, dupondiatisque, Cyprio ſuo aſſibus contentis.* Variaque ex eo facta: itaque mortarium Cyprium, memoratur Plinio, lib. XXXIII. cap. xx. *Teritur Cyprio in ære, in Cypriis mortariis.* Memoratur quoque Dioſcoridi, lib. V. cap. xcij. Et pyxis Cypria, apud eundem, lib. XX. cap. xiij. *In pyxide Cypriâ aßervatur.* Iterum, lib. XXVIII. cap. viij. *Aſſervari autem in Cypriâ pyxide.* Scribonius Largus, De comp. med. cap. xxv. *Mel Atticum, pyxide Cyprii æris conditum.* Iterum, cap. xxxvij. *Atque ita reponitur pyxide æris Cyprii.* Clavus Cyprius, apud eundem Scribonium, cap. xvj. *Oportet autem clavum Cyprii æris acutum demittere in jugulum teſtudinis.* Damogeron, Geoponic. lib. X. cap. lxiv. ἐάν τις κυπρείῳ ἥλῳ, ἢ πασσάλῳ, καθηλώσειε τὸ δένδρον. *Si quis Cyprio clavo, aut palo, transfigat arborem.* Palladius, in Januario, Tit. XVI. *Alii terebratæ radici palum de buxo imprimunt, vel cuprinum clavum*, Acus denique, apud Trebellium, in Vitâ Claudii. *Fibulam auream, cum acu Cypriâ, unam.* Ægyptii argento ſuo miſcebant. Plinius, lib. XXXIII. cap. ix. *Tingit & Ægyptus argentum, ut in vaſis Anubem ſuum ſpectet; pingitque, non cælat, argentum. Miſcentur argento, tertia pars æris Cyprii tenuiſſimi, quod coronarium vocant, & ſulphuris vivi, quantum argenti.* Plumbo miſtum, faciebat colorem purpuræ. Idem Plinius, lib. XXXIV. cap. ix. *Cyprio (æri) ſi addatur plumbum, colos purpuræ fit in ſtatuarum prætextis.* Ex eodem, additâ urinâ, gluten fiebat,

bat, ad ferruminandum aurum. Dioſcorides, lib. II. cap. xcix. Κατασκευάζεται δὲ δι' αὐτοῦ, (τοῦ οὔρου,) καὶ τοῦ Κυπρίου χαλκοῦ, ἁρμίζουσα ἐπὶ τοῦ χρυσίου κόλλα. *Conficitur verò ex eâ, (urina,) & ære Cyprio, gluten, auro ferruminando idoneum.* Miſtum flori lapidis Aſſii, mammarum vitia emendabat. Plinius, lib. XXXVI. cap. xvij. *Ejuſdem lapidis (Aſſii) flos appellatur, in farinam mollis, ad quædam perinde efficax. Eſt autem ſimilis pumici rufo. Admiſtus æri Cyprio, mammarum vitia emendat.* Squama æris, quæ clavis excuſſa, unde & ἡλῖτις dicta, ea maximè prædicata, quæ craſſa erat. Dioſcorides, lib. V. cap. clxxxix. Λεπὶς δὲ, ἡ ἐκ τῶν κυπρείων χαλκουργικῶν ἥλων παχεῖα, καλουμένη δὲ ἡλῖτις, καλή· φαύλη δὲ, ἡ ἐκ τοῦ χαλκοῦ λευκοῦ. λεπτὴ, καὶ ἀσθενὴς, ὑπάρχουσα. ἣν ἀποδοκιμάζομεν, ἐκκρίνοντες τὴν παχεῖαν, καὶ ἔγκιρρον, καὶ, ὄξους ἐπιρραινομένου ἰουμένην. *Squama Cypriarum officinarum, clavis excuſſa, commendatur quæ craſſa eſt, & helitis, ceu clavoſa, nominatur: at vitioſa cenſetur, quæ ex candido ære decutitur; quippe quæ tenuis ſit, & invalida. Hanc ideò damnamus; illam verò eligimus, quæ craſſa eſt, ac fulva; &, aceto inſperſo, æruginem contrahit.* Oribaſius, Collect. Med. lib. XIII. *Squama æris laudatiſſima eſt, quæ ex Cypriis officinarum clavis excuſſa, craſſaque eſt, & helitis, à clavis ducto nomine, appellatur. Improbatur verò, quæ, ex albo ære confecta, tenuis eſt, atque imbecilla: quam, utpote tenuem, & invalidam, rejicimus; eamque probamus, quæ craſſa fulvaque eſt; & quæ, aceto inſperſa, æruginem contrahit.* Meminit etiam Plinius, lib. XXXIV: cap. xj. Utebantur eâ ad pterygia exſiccanda. Dioſcorides, Euporiſt. lib. I. cap. cxc. Ἀναξηραίνει δὲ τὰ πτερύγια λεπὶς Κυπρία λεία ἐπιπλασσομένη θαυμαστῶς. *Mirabiliter verò pterygia exiccat æris ſquama Cypria, trita, & impoſita.* Æs uſtum. Dioſcorides, ubi de eo agit, lib. V. cap. lxxxvij. πρωτεύει δὲ, ὁ ἐν Μέμφιδι καιόμενος· ἔπειτα ὁ ἐν Κύπρῳ. *Primum locum obtinet, quod in Memphide eſt uſtum: proximum, quod in Cypro.* Vide de eodem Plinium, lib. XXXIV. cap. x.

CAP. III.

Cadmia: quæ Βοτρυῖτις *appellata. Misy. Sory. Chalcanthum: idque* Σταλακτὶς *nuncupatum. Pompholyx; sive Spodos. Diphryges. Ærugo; ejusque duo genera.*

Cadmia. Plinius, lib. XXXIV. cap. x. *Omnis autem cadmia in Cypri fornacibus optima.* Et quidem ea, quæ Βοτρυΐτης, *Racemosa*, dicebatur. Dioscorides lib. V. cap. lxxiv. Καδμείας ἀρίστη μὲν ἐστιν ἡ Κυπρία, καλουμένη ἡ Βοτρυῖτις. *Ex Cadmiæ generibus optima quidem est Cypria, sed Botryitis appellata.* Oribasius, Collect. lib. XIII. *Cadmia præstantissima est Cypria, quæ Botryitis nominatur.*

Misy. Dioscorides, lib. V. cap. cxvij. Μίσυ ἡ παραληπτέον τὸ Κύπριον. *Misy assumendum est Cyprium.* Plinius, lib. XXXIV. cap. xij. *Misy optimum in Cypriorum officinis.* Oribasius, loco citato; *Misy anteponendum est Cyprium.* Meminit ejus etiam Galenus, De comp. med. sec. gen. lib. V. &, De med. simpl. fac. lib. IX. Tom. 11. 127.

Sory. Plinius, lib. XXXIV. cap. xij. *Sory Ægyptium maximè laudatur; multum superato Cyprio, Hispaniensi, & Africo: quanquam oculorum curationi quidam utilius Cyprium putant.* Videndus etiam Dioscorides, lib. V. cap. cxix.

Chalcanthum. Plinius, loco citato. *Chalcanthum probant maximè Cyprium in medicinæ usu.* Et quidem Σταλακτὶς, *Stillatitium*, dicebatur. Dioscorides, lib. V. cap. cxiv. Ὅθεν (τὸ χάλκανθον) καὶ σταλακτὶς καλεῖται ὑπὸ τῶν τὰ Κυπριακὰ μέταλλα ἐργαζομένων. *Unde (chalcanthum) etiam Stalactis vocatur ab iis qui in fodinis Cypriis operantur.* Galenus II. 129.

Pompholyx, sive *Spodos.* Plinius, lib. XXXIV. cap. xiij. *Etiamnum in ærariis reperiunt, quem vocant pompholygem, & spodon.* Et mox. *Spodos Cypria optima.* Oribasius, Collect. lib. XIII. *Pompholyx optima habenda est Cypria.* Item, De Virt. Simpl. lib. II. *Pompholyx optima est Cypria.* Meminit etiam Hippocrates, De morb. mul. lib. I.

Diphryges. Oribasius, Collect. lib. XIII. *Diphrygis sunt tria genera:*

genera: quoddam enim metallicum est, quod in Cypro solâ nascitur. lutosum namque extrahitur ex cœno cujusdam inibi specus, tum in sole siccatur, mox circumpositis sarmentis uritur, unde diphryges nomen invenit. Dioscorides, lib. V. cap. cxx. Τοῦ δὲ διφρυγοῦς τρία ἡγητέον εἴδη. τὸ μὲν γὰρ μεταλλικόν ἐστιν, ὃ δὴ ἐν Κύπρῳ μόνῃ γίνεται· πηλῶδες γὰρ ὄν, ἀναφέρεται ἐκ βυθοῦ τινὸς τῶν ἐκεῖ τόπων· εἶτα ἀνενεχθὲν ξηραίνεται ἐν ἡλίῳ, καὶ μετὰ ταῦτα φρυγάνοις κύκλῳ περιτεθειμένοις καίεται· ὅθεν καὶ διφρυγὲς ἐκλήθη. *Diphrygis tria esse genera, est putandum. unum enim metallicum est, quod in Cypro solâ nascitur. cùm enim sit lutosum, effertur ex gurgite quodam, qui in istis locis exstat: inde eductum sole siccatur, moxque sarmentis circumpositis uritur. quâ de causâ etiam diphryges est vocatum.* Plinius, lib. XXXIV. cap. xiij. *Facilè ab eâ discernitur, quam in iisdem officinis Diphrygem vocant Græci ab eo quod bis torreatur. Cujus origo triplex. Fieri enim traditur ex lapide pyrite, cremato in caminis, donec excoquatur in rubricam. Fit & in Cypro, ex luto cujusdam specus, arefacto priùs, mox paulatim usto circumdatis sarmentis.*

Ærugo. Plinius, lib. XXXIV. cap. xj. *Temperatur autem id Hammoniaci unciis quatuor, æruginis Cypriæ duabus.* Ejus duo genera tradit Dioscorides, lib. V. cap. xcj. Γεννᾶσθαι δέ φασι τοῦτον τὸν ἰὸν καὶ ἐν τοῖς Κυπριακοῖς μετάλλοις· τὸν μὲν λίθοις τισὶν ἐπανθοῦντα, ἔχουσι τὸν χαλκόν· τὸν δὲ, ἔκ τινος σπηλαίου στάζοντα, ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασι. *Tradunt verò nasci æruginem hanc etiam in fodinis Cypriis. unam quidem, supra lapides quosdam efflorescentem, æs habentes; alteram verò, ex specu quodam exstillantem per Caniculæ æstus.*

CAP. IV.

Mel. Cera. Lactucæ. Fœniculum. Brassica. Columbæ. Ovis. Mala Punica: solaque illic ea arbor plantata à Venere. Poma paradisi. Amygdalæ. Ficus; è quâ acetum: poni etiam pro termino usitata. Sinapi. Cæpæ. Allium. Resina. Sal: ad Cittium, & Salaminem. Chrysocolla. Alumen. Unguenta varia. Cortinæ. Accubitalia. Mantelia. Pyralis, sive Pyrausta. Antigoni Carystii locus emendatus. Stupa.

Pergam alia memorare, nullo ordine, uti quæque sese offerent.

Mel

Mel ibidem abundabat. Plinius, lib. XI. cap. xiv. *Aliubi mellis copia: ut in Cretâ, Cypro, Africâ.* Synesius præstantiam prædicat, Epist. CXLVII. Ζητοῦσι δὲ οἶνον τὸν λεπτότατον, μέλι δὲ τὸ παχύτατον. καὶ πατρίδας αὐτῶν ὑμνοῦσι, Κύπρον, καὶ Ὑμηττόν τινα. *Quærunt verò vinum tenuissimum, mel verò crassissimum: & patrias illorum celebrant, Cyprum, & Hymettum quendam.* Præstantissimum verò Chytris: uti supra à me dictum, lib. I. cap. ix. Atque ut mel, sic laudata quoque

Cera. Meminit ejus variè Plinius, lib. XX. cap. xxij. lib. XXII. cap. xvij. lib. XXIII. cap. vj. lib. XXVII. cap. vij. lib. XXXV. cap. xvij.

Lactucæ, fœniculum, apud Paphum excellebant. Vide supra, lib. I. cap. xviij. Etiam

Brassica. Columella, lib. XI. cap. iij. *Est & (brassica) Cyprii generis, ex albo, rubicunda; levi & tenerrimo folio.*

Columbæ. Antiphanes, in Conterraneis, apud Athenæum, lib. XIV.

——— ἡ Κύπρος
Δ' ἔχει πελείας διαφόρους. ———

——— *Cyprus verò*
Habet columbas præcellentes. ———

Inprimis autem Paphiæ. Vide supra, lib. I. cap. xviij.

Oves, potiùs mirandæ, quàm laudandæ, memorantur Saligniaco, Itin. Hierosol. Tom. IV. cap. vij. *Oves Cypriæ parum laudandæ, sed admirandæ; villo magis, quàm lanâ teguntur.*

Mala Punica, tam præstantia, ut hanc solam illic olim arborem plantasse Venus diceretur. Eriphus, in Melibæâ, apud Athenæum, lib. III.

——— αὗται δὲ ῥοαὶ
Ὡς εὐγενεῖς; τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐν Κύπρῳ
Δένδρον φυτεῦσαι τοῦτό φασιν
ἓν μόνον.

——— *hæc verò mala Punica*
Quàm generosa? Venerem enim in Cypro
Arborem plantasse hanc ajunt
unicam tantummodò.

Poma paradisi Saligniacus, Itin. Hierosol. Tom. IV. cap. vj. *In Cypro etiam poma, quæ Paradisi vocant, crescunt miranda, fi-*

gurâ cucumeris, magnitudinis visendæ, plantâ magis, quàm arbore: cujus folia quatuor palmos habent in latum, longa ad humani corporis staturam. His pomis grana insunt ferè centena, figuræ sphæricæ, longitudine trium digitorum, vel circà: quæ decorticata, humano usui serviunt. Arbor hæc trium annorum periodo emoritur, & ex radice ejus enascitur alia.

Amygdalæ. Athenæus, lib. II. Διάφοροι δ᾽ ἀμυγδάλαι γίνονται κἀν Κύπρῳ τῇ νήσῳ. παρὰ γὰρ τὰς ἀλλαχόθι καὶ ἐπιμήκεις εἰσὶ, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον ἐπικαμπεῖς. *Amygdalæ quoque præstantes nascuntur in insulâ Cypro. nam oblongiores sunt, quàm quæ nascuntur alibi, & in summo reflexæ.*

Ficus. Plinius, lib. XV. cap. xviij. *E reliquo genere pomorum, ficus amplissima est: quædamque & pyris magnitudine æmula. De Ægyptiæ Cypriæque miraculis retulimus inter externas.* Vide iterum, lib. XVI. cap. xxvj. Dioscoridem, lib. I. cap. clxxxij. Oribasium, Collect. lib. XII. Acetum ex eâ fiebat insigne. Plinius, lib. XV. cap. xvj. *E Cypro fico & acetum fit præcellens, atque Alexandrino quoque melius.* Ponebatur ea arbor & ad limites. Arcadius, De limitibus agrorum. *Nam & in limitibus pro terminis plantavimus dactylum, amygdalas, & mala cotonea, & maximè olivas: tellum: & ficum Cypriam in fine constituimus.* De ficu Cypriâ, quæ in Cretâ, dixi in Opere De Cretâ, lib. II. cap. ix:

Sinapi. Eubulus, in comœdiâ Glauco, apud Pollucem, lib. VI. cap. x.

Καὶ νάπυ κύπρειον, καὶ Σκαμμωνίας ὀπὸν.
Sinapi Cyprium, & Scammoniæ succum.

Qui versus Antiphani tribuitur ab Athenæo, lib. I.

Cæpæ. Plinius, lib. XIX. cap. vj. *Cæpæ genera apud Græcos, Sardia, Samothracia, Ascalonia, ab oppido Judææ nominata. Omnibus etiam odor lacrymosus, & præcipuè Cypriis.* Marcellus Empiricus, De Medic. cap. xv. *Medicamentum ad anginam, quod devoratur, quantum digito uno tolli vel colligi potest, componitur ex his. Rhus Syriaci denarii semissem, hyssopi tantundem, cæparum Cypriarum capita tria.*

Allium. Theophrastus, ubi de eo agit, Hist. Plant. lib. VII. cap. iv. καὶ τῷ μεγέθει γένος τι διάφορόν ἐστι. μάλιστα δὲ τὸ κύπρειον καλού-

μύρον πιςόν. *Estque genus quoddam magnitudine excellens: maximè verò tale est, quod Cyprium vocant.* Plinius, lib. XIX. cap. vj. *Ulpicum quoque in hoc genere Græci appellavere allium Cyprium.*

Resina. Plinius, lib. XIII. cap. xx. *Cypria, (resina,) antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa.*

Sal. Plinius, lib. XXXI. cap. vij. *Adulteratur (sale) Siculo, quem Cocanicum appellavimus: nec non & Cyprio, mirè simili.* Fiebat verò apud Citium urbem. Plinius ibidem, paullo antè. *In Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus, alter ad Arios, sale æstuant: sicut ad Citium, in Cypro.* Et paulo pòst. *Magis tamen extendit (sal) is, quem Citticum appellavimus.* Etiam apud Salaminem. Idem posteà. *Marinorum maximè laudatur (sal) Cyprius, à Salamine.* Dioscorides, ubi de sale, lib. V. cap. cxxvj. κάλλιςον ἐςὶ ἐν κύπρῳ, καὶ κύπρου τῇ Σαλαμῖνι. *Optimus verò in Cypro, & Cypri Salamine.* De eodem intelligendus Saligniacus, Itin. Hierosol. Tom. IV. cap. iij. *Nunc ad Cypri descriptionem. Hic propè portum ruinosum, salinarium appellatum, per duo ferè milliaria in valle diffusâ, ac littori maris propinquâ, singulis annis mira gignitur salis abundantia, ex aquâ dulci congelatâ, & virtute solis decoctâ: quæ, meo judicio, usui totius orbis sufficeret.*

Chrysocolla. Plinius, ubi de eâ agit, lib. XXXIII. cap. v. *Cùm tinxere pictores, orobitin vocant, ejusque duo genera faciunt: luteam, quæ servatur in lomentum; & liquidam, globulis sudore resolutis. Hæc utraque genera in Cypro fiunt.* Discorides, lib. V. cap. civ. Χρυσόκολλα ἐςὶ διαφέρει ἡ Ἀρμενιακὴ, τῇ χρόᾳ κατακόρως πρασίζουσα· δευτερεύει ἐςὶ ἡ Μακεδονικὴ, εἶτα ἡ Κυπρία. *Chrysocolla verò præstat Armeniaca, porri colorem plenè referens: secundas obtinet Macedonica, inde Cypria.* Oribasius, Collect. lib. XIII. *Chrysocolla laudatissima est Armeniaca, porri colorem usque ad satietatem reddens: secundo loco censetur Macedonica: hanc sequitur Cypria.*

Alumen. Plinius, lib. XXXV. cap xv. *Aluminis plura genera. In Cypro candidum, & nigrum, exiguâ coloris differentiâ.*

Unguenta. Varia illic excellebant. Oenanthinum, Amaracinum, Cyprinum, & Sampsuchinum, prædicatur apud Plinium, lib. XIII. cap. j. Oenanthinum, & Liliaceum, apud Athenæum. lib XV.

Cortinæ, eæ erant variegatæ. Ariſtophanes, incertâ comœdiâ, apud Pollucem, lib. X. cap. vij.

> Τὸ παραπέτασμα Κύπριον τὸ ποικίλον.
> *Cortina Cypria variegata.*

Accubitalia. Et hæc illic laudabantur. Valerianus, in Epiſtolâ ad Zoſimionem, procuratorem Syriæ, apud Trebellium, in D. Claudio. *Accubitalium Cypriorum paria duo.*

Mantilia. Memorantur in Epiſtolâ ejuſdem Valeriani ad Xiphidium, præfectum ærarii, apud Vopiſcum, in Aureliano. *Mantilia Cypria, paria duo.*

Pyralis, ſive *Pyrauſta.* Plinius, lib. XI. cap. xxxvj. *In Cypri ærariis fornacibus ex medio igni majoris muſcæ magnitudinis volat pennatum quadrupes. Appellatur pyralis; à quibuſdam, pyrauſta. Quàm diu eſt in igne, vivit: cùm evaſit longiore paulo volatu, emoritur.* Idem, ſed omiſſo animalculi nomine, dicit etiam Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. V. cap. xix. Ἐν ᾗ Κύπρῳ, οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐμβαλλόντων, ἐνταῦθα γίνεται θηρία ἐν τῷ πυρὶ, τῶν μεγάλων μυιῶν μικρόν τι μείζονα, ὑπόπτερα, ἃ κατὰ τοῦ πυρὸς βαδίζει, καὶ πηδᾷ. *In Cypro verò, ubi chalcitis lapis uritur, cùm per multos dies injecerint, naſcuntur illic beſtiolæ, grandibus muſcis paulo majores, alatæ, quæ per ignem ambulant, & ſaltant.* Emendandus Antigoni Caryſtii locus, Hiſt. Mirab. cap. xc. Ἐν Κύπρῳ γ', οὗ ἡ χαλκῖτις λίθος καίεται, γίνεται καὶ θηρίον, μικρῷ μεῖζον μυιῶν. *In Cypro, ubi chalcitis uritur, naſcitur etiam animal, paulo majus muſcis.* Malè hodiè vulgatur: Ἐν Κύπρῳ γ' οὗν χαλκῖτις λίθος καίεται, καὶ γίνεται θηρίον, μικρῷ μεῖζον μυῶν. *In Cypro itaque uritur chalcitis lapis, & naſcitur animal, paullo majus muribus.*

Stupa. Hinc Alexander Cypri regibus olim eam inter cætera imperabat. Curtius, lib. IX. *Cypriorum regibus imperatum, ut æs, ſtupamque, & vela præberent.*

CAP. V.

Achates. Adamas. Aëtites. Amiantus. Chalcitis. Cos. Plinii memoriæ lapsus. Crystallus. Cyanus. Gypsus. Jaspis. Morion. Opalus. Pæderos. Pyrites. Sapphirus. Sil. Smaragdus. Specularis lapis.

Lapides hoc capite, & gemmas, dicam. In his,

Achates. Plinius, de illo agens, lib. XXXVII. cap. x. *Eadem auctoritas & Cypriis est.*

Adamas. Plinius, lib. XXXVII. cap. iv. *Post hos (adamas) Cyprius vocatur, in Cypro repertus, vergens in æreum colorem, sed in medicinâ, ut dicemus, efficacissimus.* Et mox. *Ictibus frangitur, & alio adamante perforari potest, quod & Cyprio evenit.* Marbodeus, Dactylothecæ cap. j.

Tertius est adamas, quem dat maris insula Cyprus.

Aëtites. Plinius, de quatuor ejus generibus agens, lib. XXXVI. cap. xxj. *Tertius in Cupro invenitur, colore illis in Africâ nascentibus similis; amplior tamen, atque dilatatus: cæteris enim globosa facies. Habet in alvo arenam jucundam, & lapillos: ipse tam mollis, ut etiam digitis frietur.*

Amiantus. Dioscorides, lib. V. cap. clvj. Λίθος Ἀμίαντος γεννᾶται μὲν ἐν Κύπρῳ, στυπτηρίᾳ σχιστῇ ἐοικώς. ὃν ἐργαζόμενοι ὑφάσματα ποιοῦσιν ἐξ αὐτοῦ, ὄντος ἱμαντώδους πρὸς θέαν· ἃ βληθέντα εἰς πῦρ, φλογοῦνται μὲν, λαμπρότερα δὲ ἐξέρχονται, μὴ κατακαιόμενα. *Lapis Amiantus in Cypro nascitur, scissili alumini similis: è quo elaborato, utpote flexili, telas ad spectaculum texunt. quæ, ignibus injectæ, ardent quidem, sed splendidiores exeunt, non combustæ.* Hic ipse est, qui Carystius aliis dicitur: ac nascebatur inter Elmæum, & Gerandrum, urbes Cypri. Apollonius Dyscolus, Hist. Comment. cap. xxvj. Γίγνεται δὲ ὁ λίθος οὗτος, καὶ ἐν Καρυστῷ μὲν, ἀφ᾽ οὗ καὶ τοὔνομα ἔλαβεν· πολὺς δὲ ἐν Κύπρῳ, καταβαινόντων ἀπὸ τοῦ Γεράνδρου ὡς ἐπὶ Σόλους πορευομένοις, ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Ἐλμαίου, ὑποκάτω πετρῶν. *Nascitur autem lapis*

iſte in Caryſto, unde & accepit nomen: multus verò eſt in Cypro, quà Gerandro Solos deſcenditur, ad lævam Elmæi, infra rupes.

Chalcitis. Plinius, lib. XXXIV. cap. ij. *Fit & ex alio lapide, quem chalcitin vocant in Cypro.* Hippocrates, De morb mul. lib I. ὅταν δὲ παχὺς γένηται ὁ χυλὸς, σποδὸν τῆς Κυπρίης τῆς χαλκίτιδος λείην ἐμβαλεῖν, καὶ ἀναμίξαι. *Cùm verò craßus evaſerit ſuccus, cinerem chalcitidis Cypriæ, leviter tritum, injicito, & permiſceto.* Meminit ejus Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. V. cap. xix. & Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. xc.

Cos. Plinius, lib. XXXVI. cap. vij. *Signis è marmore poliendis, gemmiſque etiam ſcalpendis, atque limandis, Naxium diu placuit ante alia. Ita vocantur cotes, in Cypro inſulâ genitæ.* Sed memoriâ certè labitur iſthoc loco: nam urbs Cretæ, & non Cypri, Naxus erat: unde cotes Naxiæ ſunt appellatæ. Pluribus illud pridem oſtendi, Cretæ meæ lib. I. cap. xij.

Cryſtallus. Plinius, de cryſtallo agens, lib. XXXVII. cap. ij. *Naſcitur & in Aſiâ, viliſſima circa Alabanda, & Orboſiam, finitimisque montibus, item in Cypro.* Et mox. *Mirum &, quod Xenocrates tradit Epheſius, aratro in Aſiâ, & Cypro excitari.*

Cyanus. Dioſcorides, lib. V. cap. lvj. κυανὸς δὲ, γίνεται μὲν ἐν Κύπρῳ, ἐκ τῶν χαλκουργῶν μετάλλων· ὁ δὲ πλείων, ἐκ τῆς αἰγιαλίτιδος ἄμμου· εὑρισκόμενος κατά τινας σπηλαιώδεις ὑποσκαφὰς τῆς θαλάσσης. *Cyanus verò, naſcitur quidem in Cypro, ex ærariis metallis, copioſior verò, ex arenâ littorali; inventus ſecundum quaſdam ſpeluncarum inſtar factas ſuffoſſiones maris.* Oribaſius, Collect. lib. XIII. *Cyanus in ærariis fodinis in Cypro naſcitur; copioſior verò, ex arenâ litorali: & in quibuſdam ſubcavalis maris ſpecubus invenitur.* Theophraſtus, De Lap. Γένη δὲ κυανοῦ τρία· ὁ Αἰγύπτιος, καὶ Σκύθης, καὶ Κύπριος. *Genera verò Cyani tria ſunt; Ægyptius, & Scythicus, & tertius Cyprius.*

Gypſus. Theophraſtus, De Lap. Ἡ δὲ γύψος, πλείστη μὲν ἐν Κύπρῳ, καὶ περιφανεστάτη. *Gypſus verò, plurima quidem in Cypro gignitur, & præſtantiſſima.* Plinius, lib. XXXVI. cap. xxiv. *Cognata calci res gypſum eſt. Plura ejus genera. Nam & è lapide coquitur, ut in Syriâ, ac Thuriis: & è terrâ foditur, ut in Cypro, ac Perrhæbis.*

Ja-

Jaspis. Plinius, lib. XXXVII. cap. ix. *Optima (jaspis) Scythica, dein Cypria, postremò Ægyptia*. Meminit etiam Theophrastus, De Lap.

Morion. Plinius, lib. XXXVII. cap. x. *Morion Indicum, quæ nigerrimo colore translucet, vocatur Prominium; in quâ miscetur & carbunculi colos, Alexandrinum: ubi sardæ, Cyprium.*

Opalus. Plinius, lib. XXXVII. cap. vj. *Traduntur (opali) nasci & in Ægypto, & in Arabiâ, & vilissimi in Ponto. Item in Galatiâ, ac Thaso, & Cypro.*

Pæderos. Plinius, lib. XXXVII. cap. ix. *Candidarum dux est pæderos. Laudatissima est in Indis, apud quos argenon vocatur. proxima apud Ægyptios, ubi senites. tertia in Arabiâ, verùm scabra. molliùs radiat Pontica, & Asiatica. ipsæ verò molliores sunt, Galatica, & Thracia, & Cypria.*

Pyrites. Plinius, lib. XXXVI. cap. xix. *Est alius etiam pyrites, similitudine æris. In Cypro eum reperiri volunt.*

Sapphirus. Meminit Plinius, lib. XXXVII. cap. ix.

Sil. Plinius, lib. XXXIII. cap. xiij. *Genera (silis) tria fuere antiquitus. Ægyptium, quod maximè probatur; Scythicum, hoc diluitur facilè. Præfertur huic etiamnum Cyprium.*

Smaragdus. Theophrastus, lib. De Lap. Καὶ ἐν Κύπρῳ ἥτε σμάραγδος, καὶ ἡ ἴασπις. *Et in Cypro smaragdus, & jaspis*. Meminitque in præcedentibus: ut & Plinius, lib. XXXVII. capp. I. V.

Specularis lapis. Meminit Plinius, lib. XXXVI. cap. xxij.

CAP. VI.

Amaracus. Arundo. Cedrus. Cyprus. Harpix. Heliotropium. Laurus. Lychnis. Palma. Pinus. Platanus, folia non dejiciens. Sampsuchus. Sphagnus. Styrax. Terebinthus.

Nunc promiscuè arbores, frutices, herbas, flores, memorabo.

Amaracus, sive *Sampsuchus*. Plinius, lib. XXI. cap. xxij. *Sampsuchum, sive amaracum, in Cypro laudatissimum, & odoratissimum*. Oribasius, Collect. lib. XII. *Sampsuchum laudatissimum est Cy-*

Cyzicenum, *& Cyprium.* Dioscorides, lib. III. cap. xlvij. Σάμψυχον κράτιστον τὸ Κυζικηνὸν, καὶ Κύπριον. *Sampsuchum optimum est Cyzicenum, & Cyprium.* Virgilius, Æneid. I.

——— & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur umbrâ.

Arundo. Meminit ejus Plinius, lib. XXIV. cap. xj. & lib. XXXII. cap. x. Item Dioscorides, De re med. lib. I. cap. cxiv. & Eup. lib. I. cap. xcv.

Cedrus. Meminit Theophrastus, Hist. Plant. lib. V. cap. ix.

Cyprus. Plinius, lib. XII. cap. xxiv. *Cyprus in Ægypto est arbor, Ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hic in oleo: premiturque posteà quod Cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopicâ, in ripis Nili natâ: secundum, Ascalone Judææ: tertium, Cypro insulâ, odoris suavitate præcipuum.* Philo, episcopus Carpathiorum, genera priora duo tantum refert, tertiumque prætermittit. Ecce verba, in Commentario in Canticum Canticorum. *Cyprus, arbuscula est, flore candido, cincinnorum instar pendente, comâ odoratissimâ, folio oleæ. Ex hâc fit unguentum, nomine Cyprinum, ad multa commodissimum: habetque folia, flores, fructus, & ramos, utilissimos. Hæc optima in Ascalone Judææ, & Ægypti Canopo, provenit.* Ita quoque Dioscorides, lib. I. cap. cxxiv. Γεννᾶται δὲ (ἡ κύπρος) ἀρίστη ἐν τῇ Ἀσκάλωνι, καὶ Κανώπῳ. *Nascitur verò (cyprus) optima in Ascalone, & Canopo.* Atqui tamen adeò in Cypro copiosa erat, ut hinc nomen insulæ nonnulli datum esse velint. Vide quæ ex Stephano, Eustatioque, supra docui, lib. I. cap. ij.

Harpix, spina quædam. Hesychius. Ἄρπιξ, εἶδος ἀκάνθης, Κύπριοι. *Harpix, species spinæ, Cyprii.*

Heliotropium. Plinius, lib. XXXIV. cap. x. *Heliotropium nascitur in Æthiopiâ, Africâ, Cypro.*

Ladanum. Dioscorides de eo, lib I. cap. cxxviij. Τοιοῦτον δέ ἐστι τὸ ἐν Κύπρῳ γεννώμενον. *Tale autem est, quod in Cypro gignitur.* Oribasius, De virt. simpl. lib. II. *Ladanum utile est, quod benè olet. Tale autem est in Cypro.* Plinius, lib. XII. cap. XVII. *Recentiores ex auctoribus tradunt, verum ladanum Cypri insulæ esse.* Et paullo

post.

post. *Sunt qui herbam in Cypro, ex quâ id fiat, ledam appellent: etenim illi ledanum vocant.* Meminitque iterum, duobus locis, lib. XXVI. cap viij.

Laurus. Cato, De Re Rust. cap. viij. *Laurum Delphicam, & Cypriam.* Vide Plinium, lib. XVI. cap. xxx.

Lychnis. Athenæus, lib. XV. Περὶ δὲ τῆς λυχνίδος λέγων Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν, ἐν τῷ Ῥιζοτομικῷ, φησιν, ἀναφῦναι αὐτὴν ἐκ τῆς Ἀφροδίτης λουτρῶν, ὅτε Ἡφαίστῳ συγκοιμηθεῖσα ἡ Ἀφροδίτη λοῦοιτο. εἶναι δ' ἀρίστην ἐν Κύπρῳ, καὶ Λήμνῳ. *De lychnide verò verba faciens Amerias Macedo, in Rhizotomico, inquit, natam eam è Veneris balneo; cùm se illa post concubitum cum Vulcano abluisset: optimam autem esse in Cypro, & Lemno.*

Oenanthe. Theophrastus, lib. De Odoribus. Αὕτη δὲ (ἡ οἰνάνθη) ἐν Κύπρῳ φύεται, ὀρεινὴ, καὶ πολύοδμος. *Hæc verò (œnanthe) in Cypro nascitur, montana, & plurimi odoris.* Quæ transcripsit totidem verbis Athenæus, lib. XV. Plinius, ubi de hâc ipsâ, lib. XII. cap. xxviij. *Quidam omnibus iis præferunt eam, quæ in Cypro nascitur.*

Palma. Vide Theophrastum, Hist. Plant. lib. II. cap. viij. & Plinium, lib. XIII. cap. iv.

Pinus. Vide Theophrastum, Hist. Plant. lib. VI. cap. viij.

Platanus, folia nunquam dejiciens. Plinius, lib. XII. cap. j. *Est Gortynæ, in insulâ Cretâ, juxta fontem platanus una, insignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens. Statimque ei Græciæ fabulositas superfuit, Jovem sub eâ cum Europâ concubuisse: ceu verò non alia ejus generis esset in Cypro.* Vide etiam Theophrastum, Hist. Plant. lib. I. cap. xv.

Sampsuchus. Vide, *Amaracus.*

Sphagnus. Plinius, lib. XII. cap. xxiv. *Secundum locum obtinet (Sphagnus) Cyprius, tertium Phœnicius.*

Styrax. Plinius, lib. XII. cap. xxv. *Styrax laudatur post suprà dicta ex Pisidiâ, Sidone, Cypro, Ciliciâ.*

Terebinthus. Videatur Dioscorides, lib. I. cap. xcj. & Plinius, lib. XXIII. cap. vj.

CAP. VII.

De regno Cypriorum, opus Theophrasti. Reges illic plures erant; in novem urbibus præcipuis singuli: tum quæ illæ urbes fuerint. Gestabant autem mitras; & luxuriosi erant, ac tyranni: habebantque duo assentatorum genera; quorum illi Προμάλαγγες, *isti* Γεργῖνοι *appellati. Salamine primò habiti, mox per totam insulam se diffuderunt. Quidnam fecerint. Mulieres,* κολακίδες, *&* Κλιμακίδες, *nominatæ. Reges, olim* Ἀῶοι *dicti; filii eorum, & fratres,* Ἄνακτες: *sorores, conjugesque,* Ἄνασσαι.

Age verò, regnum ipsum videamus. De hoc scripsit Theophrastus, uti nobis testis Suidas, in Τίαρα: qui videndus. Reges verò, ibi numero plures erant. Constantinus Porphyrogeneta, Them. Orient. xv. de hâc ipsâ Cypro agens. Ἐβασιλεύετο δὲ πρότερον ὑπὸ πολλῶν, καὶ διαφόρων βασιλέων. *Regnabatur enim priùs à multis, & diversis, regibus.* Arrianus, De Exped. Alex. lib II. οὐ πολλῷ δ' ὕστερον καὶ οἱ τῆς Κύπρου βασιλεῖς εἰς τὴν Σιδῶνα κατέσχον ναυσὶν ἑκατὸν μάλιστα καὶ εἴκοσιν. *Neque multo post etiam Cypri reges centum & viginti navibus Sidonem venerunt.* Et paulo pòst. Καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Κυπρίων βασιλεῖς, καὶ ὅσοι Φοινίκων, πλὴν Πνυταγόρου. *Unaque cum ipso Cypriorum reges, reliquique Phœnices, excepto Pnytagora.* Curtius lib. X. *Cypriorum regibus imperatum, ut æs, stupamque, & vela præberent.* Diodorus Siculus, lib. XIX. Πτολεμαῖος δὲ, τῶν περὶ Κυρήνην αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπηντηκότων, διῆρεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Κύπρον, ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας τῶν βασιλέων. *Ptolemæus autem, ubi Cyrenes negotium ex animi sententiâ successerat, in Cyprum adversus reges imperium detrectantes ex Ægypto cum exercitu trajecit.* Observare quoque licet apud Plutarchum, in Solone, & Alexandro. Erant verò numero novem; Plinius, lib. V. cap. xxxj *Cyprum, ad ortum occasumque Ciliciæ, ac Syriæ, objectam, quondam novem regnorum sedem.* Mela, lib. II. cap. vij. *In sinu, quem maximum Asia recipit, prope medio Cyprus ad ortum occasumque se immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur: ingens, ut quæ aliquando*

quando novem regna ceperit. Singuli autem ſingulas urbes è majoribus, ac minores item aliquot, cum ſubjecto territorio, poſſidebant. Diodorus Siculus, ubi de Cypro agit, lib. XVI. ἐν γὰρ τῇ νήσῳ ταύτῃ πόλεις ἦσαν ἀξιόλογοι μὲν ἐννέα, ὑπὸ δὲ ταύτας ὑπῆρχε τεταγμένα μικρὰ πολίσματα, τὰ προσκυροῦντα ταῖς ἐννέα πόλεσιν. ἑκάστη δὲ τούτων εἶχε βασιλέα, τῆς μὲν πόλεως ἄρχοντα, τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ὑποτεταγμένον. *Erant in hâc inſulâ novem dignæ memoratu urbes, quibus minora oppida, juriſdictioni illarum ſubjecta, adſtipulabantur. Unaquæque verò harum, ſuum habebat regem; urbis quidem principem, ſed Perſarum regi ſubditum.* Urbes verò, ut obſervo iſtæ erant: Æpéa, quæ poſteà Soli, Amathus, Chytri, Citium, Curium, Lapathus, Paphus utraque, & Salamis: ut oſtendam in catalogo ipſo Regum, quem mox dabo. Geſtabant verò illi mitras: ut videre eſt apud Herodotum, lib. VII. Κύπριοι δὲ, παρείχοντο νῆας πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, ἐσκευασμένοι ὧδε· τὰς μὲν κεφαλὰς, εἱλίχατο μίτρῃσι οἱ βασιλῆες αὐτέων· οἱ δ᾽ ἄλλοι, εἶχον κιθῶνας· τὰ δὲ ἄλλα, κατάπερ Ἕλληνες. *Cyprii autem, præbebant naves centum quinquaginta, ſic inſtructi. Capita quidem, mitris redimiti erant reges ipſorum; reliqui, tunicas geſtabant: cætera verò, uti Græci.* Luxurioſos admodum fuiſſe, tradit Athenæus multis verbis, lib. VI. qui videndus. Et habebant plurimos aſſentatores è nobilibus: quos videre nemini concedebatur, niſi illuſtriſſimo cuique. Athenæus, loco citato. Παραδεδεγμένοι δ᾽ εἰσὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν Κύπρον μόναρχοι τὸ τῶν εὐγενῶν κολάκων γένος, ὡς χρήσιμον. πάνυ γὰρ τὸ κτῆμα τυραννικόν ἐστι· καὶ τούτων, οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινων, οὔτε τὸ πλῆθος, οὔτε τὰς ὄψεις, ἔξω τῶν ἐπιφανεστάτων, οἶδεν οὐδείς. *Cypriorum quidem reges omnes è nobilitate ſibi adulatores aſſumpſerunt, tanquam rebus ſuis utiles. eſt enim tyrannicum quid. atque horum, ceu Areopagitarum aliquorum, neque faciem, neque item multitudinem, præter illuſtriſſimos quoſque, novit.* Horum erant duo genera Salamine, unde in Cyprum reliquam diffundebantur: ac Γεργῖνοι quidam ex his, iſti autem Προμάλαγγες appellati. Athenæus, in citato item loco. Διῃρημένων δὲ δίχῃ κατὰ συγγένειαν τῶν ἐν τῇ Σαλαμῖνι κολάκων, ἀφ᾽ ὧν εἰσιν οἱ κατὰ τὴν ἄλλην Κύπρον κόλακες, τοὺς μὲν Γεργίνους, τοὺς δὲ Προμαλάγγας προσαγορεύουσι. Ex his Gergini, velut emiſſarii quidam, quæ ab oppidanis paſ-

ſim dicebantur, ad Ἄνακτας, quos vocabant, deferebant. Athenæus, ibidem. οἱ μὲν Γεργῖνοι, συναναμιγνύμενοι τοῖς κατὰ τὴν πόλιν, ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις, καὶ ταῖς ἀγοραῖς, ὠτακουστοῦσι, κατασκόπων ἔχοντες τάξιν· ὅ, τι δ᾽ ἀκούσωσιν, ἀναφέρουσιν ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τοὺς καλουμένους Ἄνακτας. *Gergini quidem, oppidanis permixti, per officinas, ac fora, auſcultant, ceu exploratores quidam: ac, quicquid audierint, ſingulis diebus ad Anactas appellatos referunt.* Promalanges verò, loco eorum quæ Gergini detuliſſent, inquirebant, quicquid inquiſitu dignum. adeò callidè, atque blandè, ut propterea ex illis alii in loca alia extra urbem promanaſſe dicantur. Athenæus, ibidem. οἱ δὲ Προμάλαγγες, ζητοῦσιν ἀντὶ τῶν ὑπὸ Γεργίνων προσαγγελθέντων ὅ, τι ἂν ἄξιον εἶναι ζητήσεως δόξῃ, ὄντες τινὲς ἐρευνηταὶ καὶ τούτων. οὕτως ἐντευχικὸς, καὶ πιθανὴ, πρὸς ἅπαντας ἡ ἔντευξις, ὡς, ἐμοί γε δοκεῖ, καὶ, αὐτοί φασι, παρ᾽ ἐκείνων εἰς τοὺς ἔξω τόπους διαδέδοσθαι τὸ σπέρμα τῶν ἐλλογίμων κολάκων. *Promalanges verò, pro iis, quæ Gergini detulerunt, inquirunt, ſi quid inquiſitione dignum videatur. adeò verò ſolers, & perſuaſorium, erat colloquium ipſorum cum omnibus, ut, quemadmodum mihi videtur, atque ipſi quoque dicunt, inde ad loca extra urbem excellentium adulatorum ſemen quoddam promanaverit.* Erant & mulieres quædam, κολακίδες appellatæ; quæ, in Syriam tranſlatæ, κλιμακίδες nuncupatæ, quod reginis, currum ſuum aſcenſuris, corpora ſua ſubmittentes, velut ſcalas ſe præberent. Athenæus rurſum, ibidem. Γεγόνασι δὲ παρ᾽ ἡμῖν (ſunt verba Clearchi Solenſis, hominis Cyprii,) καὶ γυναῖκες ὑπὸ τὰς ἀνάσσας, αἱ προσαγορευθεῖσαι κολακίδες. ἀφ᾽ ὧν ὑπολιπεῖς τινες εἰς τὸ πέραν ἀφικόμεναι μετάπεμπτοι πρός τε τὰς Ἀρταβάζου καὶ τὰς Μέντορος γυναῖκας, κλιμακίδες μετωνομάσθησαν, ἀπὸ τοιαύτης πράξεως. ταῖς μεταπεμψαμέναις ἀρεσκευόμεναι, κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν οὕτως, ὥστε ἐπὶ τοῖς νώτοις αὐτῶν τὴν ἀνάβασιν γίγνεσθαι, καὶ τὴν κατάβασιν, ταῖς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ὀχουμέναις. *Erant verò apud nos etiam mulieres, reginarum ancillæ, quæ vocatæ Colacides. Ex iis quæ ſuperfuerunt, cum accitæ trajeciſſent ad Artabazi, & Mentoris, uxores, mutato nomine, Climacides ſunt appellatæ, ex hâc re. Illis, quæ ipſas advocaſſent, blandientes, pro ſcalis ſe ipſas exhibebant, in hunc modum, ut, cùm dominæ currum aſcenſuræ eſſent, aut de eo deſcenſuræ, per earum terga id facerent.* Plutarchus, De diſcr.

adul.

adul. & am. οὐδὲ γὰρ τὰς ἐν Κύπρῳ κολακίδας, ἐπειδὴ διέβησαν εἰς Συρίαν, κλιμακίδας προσαγορευθείσας, ὅτι ταῖς γυναιξὶ τῶν βασιλέων ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἁμάξας δι' αὐτῶν ὑποκατακλινόμεναι παρεῖχον. *Neque enim adulatrices Cyprias, quæ, postquam in Syriam transiverunt, Climacides appellatæ sunt, quòd scalarum loco essent regum uxoribus, iis se submittentes, ut per ipsas hæ vehicula ascenderent.* Valerius Maximus, lib IX. cap. j. *Sed tamen effeminatior multitudo Cypriorum, qui reginas suas mulierum corporibus velut gradibus constructis, quæ molliùs vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant.* Ex auscultatoribus verò memoratis sat apparet, tyrannicum fuisse regnum. Et disertè, id Clearchus apud Athenæum dicit, libro toties citato, de Cypriorum regno loquens. Πάνυ γὰρ τὸ κτῆμα τυραννικόν ἐστι. *Omninò enim possessio tyrannica est.* Strabo, lib XIV. Πρότερον μὲν οὖν κατὰ πόλεις ἐτυραννοῦντο οἱ Κύπριοι. *Antiquitus quidem Cypri urbes singulæ suis parebant tyrannis.* Herodotus, lib. V. Τούτου δὲ τοιούτω γινομένου, ἔλεξαν οἱ τύραννοι τῆς Κύπρου. *Atque hoc ita facto, dixerunt tyranni Cypri.* Itaque subditi quasi servi habebantur. Liquet ex Dione Cassio, lib. XXXIX. καὶ οἱ Κύπριοι τὸν Κάτωνα οὐκ ἀκουσίως, ἅτε καὶ φίλοι καὶ σύμμαχοι τῶν Ῥωμαίων ἀντὶ δούλων ἔσεσθαι προσδοκήσαντες, ἐδέξαντο. *Cyprii Catonem haud gravatim acceperunt, pro servis se deinceps amicos sociosque Romanorum fore sperantes.* Et ex Herodoto, libro citato. Κύπριοι μὲν δὴ, ἐνιαυτὸν ἐλεύθεροι γενόμενοι, αὖτις ἐκ νέης κατεδεδούλωντο. *Cypri quidem, quùm annum liberi fuissent, denuò in servitutem sunt redacti.* Ac reges quidem antiquissimi, Ἀῷοι dicti, ab Adonide, quem Ἀῷ appellitabant. Etymologici Auctor. Ἀῷος ποταμὸς Κύπρου. Ἀῷ γὰρ ὁ Ἄδωνις ὠνομάζετο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ Κύπρου βασιλεύοντες. *Aous, fluvius Cypri. Ao enim Adonis dicebatur: & ab eo reges Cypri.* Eorum verò filii, ac fratres, Ἄνακτες; ut sorores, conjugesque, Ἄνασσαι. Exstat in hanc rem fragmentum Aristotelis, ex libro de Cypriorum Rep. apud Suidam. Καλοῦνται δὲ οἱ μὲν υἱοὶ, καὶ ἀδελφοὶ, τοῦ βασιλέως, ἄνακτες· αἱ δὲ ἀδελφαὶ, καὶ γυναῖκες, ἄνασσαι. *Vocantur autem filii quidem, & fratres regis, anactes: sorores verò, & uxores, anassæ.* Quæ totidem verbis Harpocration, in Ἄνακτες, καὶ ἄνασσαι. Isocrates, in Euagora, Cypri rege, de eo, liberisque ejus. Ἀλλὰ καὶ τοῦτ' αὐτῷ συνέπεσε, καὶ τὸ μέγιστον,

ὅτι τῶν ἐξ αὐτοῦ γινομένων οὐδένα κατέλιπεν ἰδιωτικοῖς ὀνόμασι προσαγορευόμενον· ἀλλὰ τὸν μὲν, βασιλέα καλούμενον, τοὺς δ' ἄνακτας, τὰς δὲ ἀνάσσας. *Sed & illud ei evenit; &, quod maximum est, neminem è se natum reliquit, qui plebeiis nominibus salutaretur: sed hunc quidem, regem dictum; illos verò, anactes; atque istas, anassas.* Meminitque τῶν ἀνάκτων Clearchus, apud Athenæum, loco citato; ubi dicit, Gerginos cuncta ad eos detulisse. ὅτι δ' ἀκούσωσιν, ἀναφέρουσιν ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τοὺς καλουμένους Ἄνακτας. *Quicquid verò audierint, quotidiè deferunt ad Anactas, quos vocant.* Eustathius dicit, ordinem fuisse honoratum, ad Iliad. ν'. Καί τι δέ φασι τάγμα ἔνδοξον ἐν Κύπρῳ Ἄνακτες ἐκαλοῦντο, πρὸς οὓς ἀνεφέρετο ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τῶν ὠτακουστούντων ὅ, τι ἂν ἀκούσωσιν. *Ajunt verò etiam in Cypro ordinem fuisse honoratum, eorum qui* Ἄνακτες *vocabantur: ad quos auscultatores quotidie referebant, quicquid audivissent.*

C A P. VIII.

Reges Cypri aliquot. Abdemon, rex Salaminis, ab Euagora ejectus. Adonis. Aërias, qui Veneris Paphiæ templum condidit. Agyris, ab Euagora cæsus. Alynomus, ab Alexandro impositus Papho. Amathus, qui Veneri Amathusiæ templum dedicavit. Anaxagoras. Aous, regum primus; Cephali, & Auroræ, filius: à quo mons Aoius dictus. Aristocyprus, rex Soliorum. Belus, qui Cyprum Teucro tradidit, oraculi jussu. Chersis, rex Salaminiorum.

Dixi quæ in genere de regno mihi observata; nunc & reges, quorum apud Auctores mentio, referendi: In his,

Abdemon. Quem, regnantem Salamine, Euagoras expulit, Olympiadis XCVII. anno II. Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib XIV. Κατὰ δὲ τὴν Κύπρον Εὐαγόρας ὁ Σαλαμίνιος, ὃς ἦν μὲν εὐγενέστατος, (τῶν γὰρ κτισάντων τὴν πόλιν ἦν ἀπόγονος,) πεφευγὼς δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις διά τινας στάσεις, καὶ μετὰ τούτων κατελθών, μετ' ὀλίγον τὸν μὲν δυναστεύοντα τῆς πόλεως Ἀβδήμονα τὸν Τύριον ἐξέβαλε, φίλον ὄντα τοῦ Περσῶν βασιλέως, αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν κατασχών, ἐβασίλευε τῆς Σαλαμῖνος. *In Cypro verò Euagoras Salaminius, vir nobilissimus, & è conditori-*

bus

bus urbis oriundus, verùm pulsus in exilium per seditiones quasdam, ac posteà reversus mox Abdemonem quoque Tyrium, qui tunc urbem in potestate suâ habebat, & Persarum regis amicus erat, ejecit; &, urbe potitus, Salaminis regnum tenuit. Photius, in Excerptis Theopompi. Εὐαγόρας τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἐπέβη, Ἀβδήμονα καταλαβὼν τὸν Κιτιέα, ταύτης ἐπάρχοντα. *Euagoras Cypriorum principatum invasit, Abdemone principe comprehenso.* Ubi notandum, Citiensem dici Abdemonem, qui est Tyrius Diodoro.

ADONIS. Probus ad Eclog. X. pag. 123.

Aërias. Hic antiquissimum Paphiæ Veneris templum condidisse memoratur. Tacitus, Annal. III. *Cyprii tribus delubris, quorum vetustissimum Paphiæ Veneris auctor Aërias posuisset.* Iterum, Hist. lib. II. *Templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, advenasque. Conditorem templi regem Aëriam vetus memoria tradit.*

Agyris. Hunc Euagoras interfecit. Diodorus, lib. XIV. Καὶ τὸν μὲν Εὐαγόρου κατηγόρουν, ὅτι τὸν Ἄγυριν βασιλέα, σύμμαχον ὄντα Περσῶν, ἀνεῖλε. *Et Euagoram quidem accusabant, quod Agyrim regem, qui confœderatus Persis erat, occîdisset.*

Alynomus, sive potius, Abdalonymus, ex posteritate Cyniræ, Paphi rex ab Alexandro Magno factus. Plutarchus II: 340.

Amathus. Aëriæ, de quo dixi, filius; Veneri qui Amathusiæ templum struxit. Tacitus Annal. III. *Cyprii, tribus delubris; quorum vetustissimum Paphiæ Veneri auctor Aërias, pòst filius ejus Amathus Veneri Amathusiæ, & Jovi Salaminio Teucer, Telamonis patris irâ profugus, posuissent.*

Anaxagoras. Photius, in Excerptis Ctesiæ. Αἰτίαι δι' ἃς Εὐαγόρᾳ, βασιλεῖ Σαλαμῖνος, βασιλεὺς Ἀρτοξέρξης διηνέχθη. καὶ ἄγγελοι Εὐαγόρας πρὸς Κτησίαν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν παρὰ Ἀβουλίτου τὰς ἐπιστολάς· καὶ Κτησίου πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴ, περὶ τοῦ διαλλαγῆναι αὐτὸν Ἀναξαγόρᾳ τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. *Causæ propter quas rex Artoxerxes, & Euagoras, rex Salaminis, inter se dissiderent. & Euagoræ nuntii ad Ctesiam, ut acciperent epistolas ab Abulite: & Ctesiæ ad ipsum epistola, de reconciliatione cum Anaxagora, Cypriorum rege.*

Aous. Hic Cephali, & Auroræ, filius, primus regum memoratur; & ab eo mons Aoius appellatus. Etymologici Auctor. Φιλέας

δ',

οὗ, πρῶτον βασιλέα (τῆς Κύπρου) Ἀῷον, Ἠοῦς ὄντα, καὶ Κεφάλου· ἀφ' οὗ καὶ ὄρος τι ὠνομάσθη Ἀῷιον. *Phileas verò, primum regem (Cypri) Aoum tradit, filium Auroræ, & Cephali: à quo etiam mons quidam nominatus est Aoius.*

Aristocyprus. Rex Soliorum, filius Philocypri, ejus ad quem Solon accessit: interfectus in prælio contra Persas, postquam ab iis, unâ cum aliis aliquot regibus, defecisset. Herodotus, lib. V. Τετραμμένου δὲ τοῦ στρατοπέδου, ἄλλοι τε ἔπεσον πολλοὶ, καὶ ὁ Σολίων βασιλεὺς Ἀριστόκυπρος, ὁ Φιλοκύπρου· Φιλοκύπρου δὲ τούτου, τὸν Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, ἀπικόμενος ἐς Κύπρον, ἐν ἔπεσιν αἴνεσε τυράννων μάλιστα. *Verso verò in fugam exercitu, cùm alii multi cecidere, tum Aristocyprus, Soliorum rex, Philocypri filius: ejus nempe Philocypri, quem Solon, cùm in Cyprum advenisset, maximè omnium inter tyrannos versibus prædicavit.*

Belus. Dido apud Virgilium, Æneid. lib. I.

——— genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Atque is tradebat Teucro, oraculo Apollinis jussus: quanquam alii ab ipso Teucro superatos Cyprios tradant, adjutante Belo. Servius, illic. *Vastabat Cyprum. Quam subactam concessit Teucro, ex responso Apollinis: Teucerque ibi Salaminam civitatem, ex nomine patriæ, condidit. licet alii dicant, ab ipso Teucro esse superatos: unde etiam Teucro auxilium à Belo ad occupationem insulæ præstitum.* Conditque duas illic urbes, Citium, & Lapethum. Alexander Ephesius, apud Stephanum, in Λάπηθος.

Βήλου δ' αὖ Κίτιόν τε καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθος.
Beli verò est Citium, & amabilis Lapethus.

Huc pertinet, quod Phœnicum coloniam utramque urbem faciant Auctores: etenim Belus rex Tyri erat, quæ urbs Phœniciæ.

Chersis. Salaminiorum rex, cui successit filius Gorgus. Herodotus, lib. V. Ἦν Ὀνήσιλος Γόργου μὲν, τοῦ Σαλαμινίων βασιλῆος, ἀδελφεὸς νεώτερος, Χέρσιος δὲ, τοῦ Σιρώμου τοῦ Εὐέλθοντος, παῖς. *Erat Onesilus, Gorgi quidem, Salaminiorum regis, frater junior, Chersis filius, Siromi nepos, Euelthontis pronepos.* Et mox iterum. Τετραμ-

μένου

μένου δὲ τοῦ στρατοπέδου, ἄλλοι τε ἔπεσον πολλοὶ, καὶ δὴ καὶ Ὀνήσιλος ὁ Χέρσιος. *Verſo verò in fugam exercitu, cùm alii multi ceciderunt, tum verò Oneſilus, Cherſis filius.*

CAP. IX.

Cinyras. Ejus cum Apolline certamen, & interitus, unde nomen. Pater, variè memoratus: Sandocus, Paphus, Agriopas, Eurymedon, Apollo, Thias. Etiam mater: Amathuſa, Paphus, Paphia Nympha, Pharnace: ac de eâ emendatus Apollodorus, & Appendix Proverbiorum Vaticana. Cap. X. *Uxor, Metharne; & Cenchreis: niſi ea pellex fuerit. Filii: Oxyporus; Adonis, Cypriis* Πυγμαίων *dictus; item* Αῷ, & Γαύας. *Paphus, è ſtatuâ natus: Amaracus, in herbam ejuſdem nominis verſus. Cureus, à quo Curio urbi nomen datum. Cyprus, à quo inſulæ nomen: quanquam filiam alii tradant. Filiæ, Orſelice, Laogore, Bræſia, Smyrna, ſive Myrrha; & incerti nominis alia, Teucro nupta. A quibuſdam, eæ quinquaginta traditæ, ac mutatæ in alcyonas: vel, ut alii ſunt auctores, in ſaxa graduum, quibus ad Junonis templum aſcendebatur.* Cap. XI. *Ejus forma, opes, orgia; Veneri inſtituta, quam in deos referebat: quibus qui initiarentur, ſtipem deæ exhibebant, atque phallos accipiebant, ac pugillum item ſalis. Templa ei duo condidit: unum, Paphi; alterum, in Syriâ, in monte Libano. Vates fuit. Condidit urbes Paphum, Cinyréam, Smyrnam. Invenit plurima; tegulas, æs, incudem, vectem, marculum, forcipem. Donavit Agamemnoni loricam inſignem, & promiſit naves centum; neque ullam tamen miſit: unde iratus, ut videtur Agamemnon, Cypro illum pòſt ejecit. Quot annos vixerit: tum quo modo etiam obierit, & ubi ſepultus fuerit.*

Cinyras. Cùm peritiâ artis Muſicæ emineret, ac contenderet cum Apolline, victus periit, atque hinc accepit nomen. Suidas. Κινύρας, ὄνομα κύριον, Θείαντος παῖς, βασιλέως Κύπρου, ζάπλουτος. ὅν φασιν ἁμιλλώμενον τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς οἷα μουσικῆς τεχνίτην, ἀπολωλότα. διὸ καὶ Κινύρας ἐκλήθη, παρωνύμως τῇ κινύρᾳ. *Cinyras. Nomen proprium. Filius Thiantis, regis Cypri, valdè dives. quem ajunt,*

ut Musices artificem, cum Apolline certantem, periisse. quapropter etiam Cinyras est appellatus, nomine à cinyrâ, (quod est Musicum instrumentum) *derivato.* Pater ejus, variè traditur: & Sandocum nominat Apollodorus, lib. III. οὗ παῖς, ἐγένετο Φαέθων· τούτου δὲ, Ἀστύνοος· τοῦ δὲ, Σάνδοκος· ὃς, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν. καὶ γήμας Θανάκην, τὴν Μεγεσσάρου, Κινύραν, τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα, ἐγέννησε. Κινύρας οὗτος, ἐν Κύπρῳ παραγενόμενος σὺν λαῷ, ἔκτισε Πάφον. *Cujus filius fuit Phaëton; ejus verò, Astynous, hujus autem, Sandocus. qui, è Syriâ in Ciliciam delatus, urbem condidit Celenderin: &, uxore Thanace ductâ, Megessari filiâ, Cinyram, Aßyriorum regem, sustulit. Cinyras iste, cùm in Cyprum cum ingenti comitatu pervenisset, Paphum condidit.* Alii, Paphum eum dicunt. Hyginus, Mytholog. cap. ccxlij. *Cinyras, Paphi filius, rex Assyriorum.* Quæ totidem verbis repetit cap. cclxx. Inde *Paphius heros* dicitur ab Ovidio, Metamorph. lib. X.

Tum verò Paphius plenissima concipit heros
Verba. ———

A quibusdam, Agriopas dicitur. Plinius, lib. VII. cap. lvj. *Tegulas invenit Cinyras, Agriopæ filius, & metalla æris, utrunque in insulâ Cypro.* Rursum ab aliis, Eurymedon. Scholiastes Pindari, ad Pyth. Od. II. οὗτος δὲ (ὁ Κινύρας) ὡς Ἀπόλλωνος υἱὸς, καὶ Πάφου· κατ' ἐνίους, Εὐρυμέδοντος, καὶ Παφίης νύμφης. *His verò (Cinyras) erat Apollinis, & Paphi, filius: juxta quosdam, Eurymedontis, & Paphiæ Nymphæ.* Ubi observa, etiam Apollinem illi patrem tribui. quod Hesychio itidem commemoratur. Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης παῖς, βασιλεὺς Κυπρίων. *Cinyras, Apollinis, & Pharnaces filius, rex Cypriorum.* Alii Thiantem nominant. Suidas, in citatis verbis. Κινύρας, ὄνομα κύριον, Θείαντος παῖς, βασιλέως Κύπρου. *Cinyras, nomen proprium, Thiantis filius, regis Cypri.* Atque ut pater, ita mater variè traditur. Stephanus, Amathusam dicit. Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη. ἀπὸ Ἀμάθου δὲ, τοῦ Ἡρακλέους, ἐκλήθη· ἢ ἀπὸ τῆς Κινύρου μητρὸς, Ἀμαθούσης. *Amathûs, urbs Cypri antiquissima: nominata verò est ab Amathe, Herculis filio: vel à Cinyræ matre, Amathusâ.* Scholiastes Pindari, Paphum tradit, aut Paphiam Nympham, in citatis statim verbis, quæ non repeto. Apollodoro,

Tha-

Thanace dicitur, lib. III. Σάνδοκος, ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν· καὶ γήμας Θανάκην τὴν Μεγασσάρου, Κινύραν, τὸν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐγέννησε. *Sandocus, è Syriâ in Ciliciam profectus, urbem condidit Celenderim: ductâque Thanace, Megassari filiâ, genuit Assyriorum regem Cinyram.* Sed ſcribendum puto, γήμας Φαρνάκην, *ductâ Pharnace.* Heſychius. Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνάκης παῖς, βασιλεὺς Κυπρίων. *Cinyras, Apollinis & Pharnaces filius, rex Cypriorum.* Eodem modo ſcribitur apud Suidam, in καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθύτερον. Malè eſt Φάρμη, pro Φαρνάκη, in Appendice Proverbiorum Vaticana, Cent. III. Proverb. xcj. CAP. X. Uxorem habuit Metharmen, filiam Pygmalionis, Cypriorum regis: è quâ ſuſtulit filios, Oxyporum, & Adonin; filias verò, Orſedicen, Laogorem, & Bræſiam. Apollodorus, lib. III. Κινύρας οὗτος, ἐν Κύπρῳ παραγενόμενος σὺν λαῷ, ἔκτισε Πάφον. γήμας δὲ ἐκεῖ Μεθάρμην, κόρην Πυγμαλίωνος, Κυπρίων βασιλέως, Ὀξύπορον ἐγέννησε, καὶ Ἄδωνιν· πρὸς δὲ τούτοις θυγατέρας, Ὀρσεδίκην, Λαογόρην, καὶ Βραισίαν. *Hic Cinyras, cùm in Cyprum ſe contuliſſet cum ingenti comitatu Paphum condidit. ductaque ibi uxore Metharme, filiâ Pygmalionis, Cypriorum regis, ſuſtulit ex eâ Oxyporum & Adonin: inſuper filias, Orſedicen, Laogoren, & Bræſiam.* Quod uxorem ejus attinet, etiam Cenchreida habuit, è quâ Myrrham ſuſcepit. Lutatius, in Epitome Metamorphoſeon Ovidii, lib. X. *Myrrha, Cinyræ, Cypriorum regis, & Cenchreidis, filia.* Ex filiis, Adonis Cypriis Πυγμαίων dictus. Heſychius. Πυγμαίων, ὁ Ἄδωνις παρὰ Κυπρίοις. *Pygmæon, Adonis apud Cyprios.* Et Ἀῷ. Vide ſupra, ubi de Aoo ago. Præterea Γαύας. Iſaacius Tzetzes, ad Lycophronem. ὁ Ἄδωνις Γαύας παρὰ Κυπρίοις καλεῖται. *Adonis apud Cyprios Gauas dicitur.* Sed & alios quoſdam habuit, præter eos, quos Apollodorus refert. In his, Paphus memoratur, quem ex ſtatuâ eburneâ, vitâ, ut fabulantur, donatâ, ſuſtulit. Ovidius, eâ de re, Metamorph. lib. X.

Illa Paphum genuit, de quo tenet inſula nomen.

Et Lutatius, in Epitome ejus Operis. *Ex hâc uxore ſuâ deinde rex (Cinyras) Paphum filium genuit.* Etiam Amaracus fertur, qui in herbam, à ſuo nomine amaracum dictam, mutatus traditur. Pomponius Sabinus, ad Virgilii Æneid. I. *Amaracus, Cinyræ, regis*

Cypri, puer, in herbam sui nominis mutatur. Sed Auctorem è veteribus, qui hoc dicat, nullum equidem legere memini. Servius, ad eundem locum, puerum tantùm regium dicit. *Amaracus. Hic puer regius unguentarius fuit: qui casu lapsus, dum ferret unguenta, majorem ex confusione odorem creavit: unde optima ungenta Amaracina dicuntur. Hic posteà in herbam sampsuchum versus est, quam nunc amaracum dixit.* Etiam Cureus, à quo nomen urbi Curio: ut ex Stephano indicavi, lib. I. cap. xj. Denique Cyprus, à quo insula appellata; quanquam alii filiam dicant, ut supra à me ostensum, lib. I. cap. ij. Inter filias, memoratur & Laodice, ab eodem Apollodoro, qui enumeravit cæteras, lib. III. Τὸ δὲ πᾶν κράτος εἶχεν Ἔλατος· ὃς ἐκ Λαοδίκης τῆς Κινύρου Στύμφαλον, καὶ Περέα, τεκνοῖ. *Summa verò potentia penes Elatum fuit: qui ex Laodice, Cinyræ filiâ, Stymphalum & Pereum, genuit.* Item Cyprus, si nonnulli rectè tradunt, à quâ datum nomen insulæ supra ostendo, lib. I. cap ij. Denique & Smyrna, sive Myrrha, nam utroque modo scribitur, cum quâ inscius est congressus: uti memorat Ovidius, Met. lib. X. Procopius Sophista, in Esaiam, cap. xviij. Cyrillus, in eundem, lib. II. cap. xvij. Stobæus, Serm. LXII. Hyg. Myth. cap. ccxlij. Psellus, De Op. Dæm. & alii plures. Quanquam sanè sint nonnulli, qui non Cinyræ hanc filiam, sed Thiantis, tradiderunt: inter quos Apollodorus, lib. III. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xxxiv. Quædam etiam, cujus nomen ignoratur, Teucro nupta perhibetur. Observare est apud Pausaniam, in Atticis, ubi de Euagora loquitur. Ἔπραξε δὲ ὡς Ἀθηναῖος, καὶ τὸ ἀνέκαθεν ἐκ Σαλαμῖνος· ἐπεὶ καὶ γενεαλογῶν, ἐς προγόνους ἀνέβαινε Τεῦκρον καὶ Κινύρου θυγατέρα. *Fecit verò id veluti Atheniensis, quippe qui è Salamine oriundus, & ad Teucrum, filiamque Cinyræ, referret genus.* Sunt qui tradant, quinquaginta Cinyran filias habuisse; easque in mare desiliisse, & mutatas in alcedones. Vide Eustathium, ad Iliad. λ'. pag. 827. Alii rursum prodidere, à Junone commutatas in lapides graduum templi sui: ut est videre in telâ Minervæ, apud Ovidium, Met. lib. VI. Maxima autem Cinyræ forma prædicatur. Apollonides, Anthol. lib. IV. cap. j.

Θαύμασε τὸν Κινύρην ὁ πάλαι χρόνος. ———

Mira-

Mirata est Cinyram prisca ætas. ———

Et in catalogo hominum formosissimorum recensetur ab Hygino, Mythol. capp. cclxx. cclxxj. Itaque & Veneri amatus fertur: ut est apud Clementem, in Protreptico; & Theodoretum, Therap. lib. III. Etiam Apollo amavit. Pindarus, Pyth. Od. II.

Κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων,
ὃν ὁ
χρυσοχαίτας προφρόνως
ἐφίλασ' Ἀπόλλων.
Resonant quidem circum Ciny-
ram sæpe sermones Cypriorum,
quem
auricomus propensè
dilexit Apollo.

Ejus opes, prædicantur ab eodem quoque Pindaro, Nem. Od. VIII.

ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔ-
βρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύπρῳ.
Qui & Cinyram o-
neravit quondam opibus marinâ in Cypro.

Plato, De leg. lib. II. Ἐὰν ᾖ ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον. *Sive ille Cinyra, sive Mida, sit locupletior.* Quæ totidem verbis transscripit Clemens, Pædag. lib. III. cap vj. Videndus quoque Suidas, in καταγηράσαις, & Appendix Proverbiorum Vaticana, Cent. III. Proverb. xcj. Venerem inter deos retulit, orgiaque ei instituit Clemens, in Protreptico ad Gentes. Οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κινύρας παραπείσαι ποτ' ἂν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι τολμήσας, φιλοτιμούμενος θειάσαι πόρνην πολῖτιδα. *Non enim Cyprius insularis Cinyras mihi unquam persuaserit, libidinosa Veneris orgia ex nocte diei tradere ausus, meretricem civem cùm referre in deos studet.* Arnobius, lib. IV. *Nunquid rege à Cyprio, cui nomen Cinyras est, ditatam meretriculam Venerem divorum in numero consecratam?* Quibus orgiis qui initiari vellet, assem Veneri, tanquam stipem, offerebat. Firmicus, De err. prof. relig. *Audio Cinyram Cyprium templum amicæ meretrici*

donasse: ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, & vanis consecrationibus deputasse. Statuisse etiam, ut quicunque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, assem in manum, mercedis nomine, deæ daret. Et initiati quidem, ut stipem dabant, ita phallos quoque ipsi reportabant, numinis propitii signum. Arnobius, lib. V. *Nec non & Cypriæ Veneris abstrusa illa initia prætereamus, quorum conditor indicatur Cinyras rex fuisse: in quibus sumentes ea certas stipes inferunt, ut meretrici: & referunt phallos, propitii numinis signa, donatos.* Nec duntaxat phallus ipsis donabatur, verùm & pugillus salis. Clemens, in Protreptico, jam citato. Ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος καὶ φαλλὸς, τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι, ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί. *Marinæ hujus voluptatis indicium generationis, salis pugillus & phallus, traditur iis, qui in hâc mœchandi arte sunt initiati. Nummum autem ei offerunt ii qui initiantur, ut amantes meretrici.* Ac relatæ inter deos uti sacra sua instituit, quæ jam dicta, ita Paphi, ut nonnulli sunt auctores, templum posuit. Tacitus, Hist. lib. II. *Conditorem templi, (Paphiæ Veneris,) regem Aëriam vetus memoria; fama recentior, tradit à Cinyrâ sacratum templum.* Aliud quoque ante istud Libano in monte statuit, cùm nimirum adhuc ageret in Syriâ. Lucianus, De deâ Syriâ. Ἀνέβην δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι, τὸ Κινύρης εἵσατο· καὶ εἶδον τὸ ἱρὸν, καὶ ἀρχαῖον ἦν. *Ascendi verò etiam in Libanum è Byblo, itinere unius diei; cùm audivissem, Veneris antiquum ibi templum esse, quod à Cinyra dedicatum: ac vidi templum, eratque vetus.* Erat autem etiam vates; & in pluribus recensetur à Clemente Strom. I. Σιγάσθω γὰρ Κομήτης ὁ Κρὴς, Κινύρας ὁ Κύπριος, Ἄδμητος Θέτταλος, Ἀρισταῖος ὁ Κυρηναῖος, Ἀμφιάραος ὁ Ἀθηναῖος, & quæ sequuntur. *Taceatur Cometa Cretensis, Cinyras Cyprius, Admetus Thessalus, Aristæus Cyrenæus, Amphiaraus Atheniensis.* Condidit urbes; Paphum, Smyrnam, Cinyréam. Ac de Cinyréâ quidem, supra dixi, lib. I. cap. ix. de Papho verò, ejusdem libri cap. xiv. De Smyrnâ, auctor est Hyginus, Mytholog. cap. cclxxv. *Cinyras, Paphi filius, filiæ suæ nomine (condidit) Smyrnam.* Invenit plurima. Plinius, lib.

lib. VII. cap. lvj. *Tegulas invenit Cinyras, Agriopæ filius, & metalla æris, utrumque in Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem.* Donavit Agamemnoni per Palamedem loricam æneam, & promisit in auxilium naves centum, quanquam nullam sanè misit. Alcidamas, in Oratione contra Palamedem. καὶ δὴ τοῦτον (de Palamede loquitur,) ἔπεμψην εἰς Χίον, πρὸς Οἰνοπίωνα· καὶ εἰς Κύπρον, πρὸς Κινύραν. ὁ δὲ Κινύραν ἔπεισε, μὴ στρατεύειν ἡμῖν· δῶρά τε παρ' αὐτοῦ λαβὼν, ἀποπλέων ᾤχετο. καὶ Ἀγαμέμνονι μὲν, ἀποδίδωσι χαλκοῦν θώρακα, ὅστις οὐδενὸς ἄξιος ἦν, αὐτὸς δὲ τὰ ἄλλα εἶχε χρήματα. ἐπηγγέλλετο δὲ, ὅτι ἑκατὸν ναῦς ἀποπέμψει ὁ Κινύρας. ὁρᾶτε δὲ αὐτοὶ οὐδεμίαν παρ' αὐτοῦ ἥκουσαν. *Et hunc sanè misit in Chium, ad Oenopionem; & in Cyprum, ad Cinyram. ipse verò tum Cinyræ persuasit, ne nobiscum militaret: &, acceptis ab eo donis, recessit. ac Agamemnoni quidem, æneam loricam reddit, quæ nullius erat pretii; ipse verò, cæteram pecuniam sibi reservavit. insuper renuntiavit, centum naves Cinyram missurum esse: ipsi verò nullam ab eo venientem conspicamini.* Loricæ, meminit Homerus, ubi describit Agamemnonis armaturam, Iliad. λ.

Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
Τόν ποτε οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήϊον εἶναι.
Πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος, οὕνεκ' Ἀχαιοὶ
Ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον·
Τοὔνεκά οἱ τὸν δῶκε, χαριζόμενος βασιλῆϊ.
Ocreas quidem primò circùm tibias posuit
Pulcras, argenteis fibulis aptatas.
Secundo deinde loricam circùm pectora induit,
Quam olim ei Cinyras dedit munus hospitale.
Audiebatur enim usque in Cyprum magna fama, quod Achivi
Ad Troiam navibus navigaturi essent:
Ideo eam illi dedit, gratificans regi.

Describitur autem illic pluribus: ac videto, quisquis volet. Quod promissam verò ab illo classem attinet, quidam tradunt, unicam misisse tantùm: cæteras autem, ex terrâ fecisse, & terreos viros imposuisse. Eustath. ad Iliad. λ'. pag. 827. Atque inde, ut videtur,

irâ

irâ accenſus Agamemnon, Cyprum poſteà occupavit, & ipſum ejecit. Photius, in Excerptis Theopompi. Ἕλληνες, οἱ σὺν Ἀγαμέμνονι, τὴν Κύπρον κατέχοντες, ἀπελάσαντες τοὺς μετὰ Κινύρου. *Græci, qui cum Agamemnone erant, Cyprum occuparunt, & Cinyram, quique cum eo erant, expulerunt.* Vixit autem, annos centum ſexaginta. Plinius, ex Anacreonte, lib. VII. cap. xlviij. *Anacreon poëta Arganthonio, Tarteſſiorum regi, centum quinquaginta tribuit annos: Cinyræ Cypriorum, decem annis amplius.* Ac tam longam ſanè vitam quonam fine terminaverit, variè tradunt. Suidas auctor, periiſſe in certamine de Muſicâ, cum Apolline inſtituto. Κινύρας, ὄνομα κύριον, Θείαντος παῖς, βασιλέως Κυπρίων, ζάπλουτος. ὅν φασιν, ἁμιλλώμενον τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς οἷα μουσικῆς τεχνίτην, ἀπολωλέναι. *Cinyras, nomen proprium, filius Theantis, Cypriorum regis, opulentus. Hunc ferunt, cum Apolline contendentem, tanquam Muſices artificem, periiße.* Quæ etiam Euſtathius, ad Iliad. λ'. Hyginus verò, ſibi eum intuliſſe manus tradit, quòd cum Smyrnâ, filiâ ſuâ, rem ignarus habuiſſet. Mytholog. cap. ccxlij. *Cinyras, Paphi filius, rex Aßyriorum, (ſeipſum interfecit,) quod cum Smyrnâ filiâ concubuerat.* Ac ſepultus memoratur in urbe Papho, in templo Veneris, quod nimirum ipſe exſtruxerat, ſicut antè à me dictum. Arnobius, lib. VI. *Ageſarchi Ptolemæus, de Philopatore quem edidit primo, Cinyram regem Paphi cum familiâ omni ſuâ, immo cum omni proſapiâ, in Veneris templo ſitum eſſe, literarum auctoritate declarat.* Clemens, in Protreptico. Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα, ἐν Πάφῳ λέγει, ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, Κινύραν τε καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους, κεκηδεῦσθαι. *Ptolemæus vero, Ageſarchi filius, in primo libro Operis de Philopatore, tradit in Papho, in Veneris templo, Cinyram, & ejus poſteros, ſepultos eſſe.*

CAP.

CAP. XII.

Cypranor, qui & Philocyprus. Demonicus, ad quem exſtat Iſocratis Oratio. Diphilus, qui ritum hominis immolandi ſuſtulit. Euagoras, è progenie Teucri; regnum recuperat, operâ Athenienſium, duce Chabria. Ejus varia fortuna: nominiſque iſtius alter. Uxor, Latona: liberi, Demonicus, Nicocles, Pythagoras, alii. Pauſaniæ de eo error. denique ſtatua Athenis, juxta porticum.

Cypranor. Idem eſt qui Philocyprus. Vide illic.

Demonicus. Is eſt, ad quem exſtat Oratio Iſocratis. Meminit ejus Conſtantinus Porphyrogeneta, Them. Orient. XV. ubi de Cypro illi ſermo. Καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ πρὸς Δημόνικον, τὸν αὐτῆς βασιλεύοντα, λόγους διαφόρους πεποίηκε. *Et Iſocrates Rhetor ad Demonicum, ejus regem, Orationes varias fecit.* Erat autem Euagoræ, de quo mox dicendum, filius. Joannes Tzetzes, de Iſocrate agens, Chil. XI. cap. ccclxxxij.

Θανόντος Εὐαγόρου δὲ, γράφει πρὸς παῖδα τούτου,
Ὧ κλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς παραινέσεις.
Mortuo verò Euagora, ſcribit ad ejus filium,
Cui nomen Demonicus, multas admonitiones.

Diphilus. Ab hoc hominis immolandi mos abolitus, & mactari ejus loco bos incepit. Porphyrius, De hominis immolatione agens, De Abſt. lib. II. Τοῦτον δὲ τὸν θεσμὸν Δίφιλος, ὁ τῆς Κύπρου βασιλεὺς κατέλυσε, κατὰ τὸν Σελεύκου χρόνους τοῦ θεολόγου γενόμενος, τὸ ἔθος εἰς βουθυσίαν μεταστήσας. *Hunc verò ritum Diphilus, Cypri rex, circà Seleuci Theologi tempora, abrogavit, ejuſque loco bovis ſacrificium inſtituit.* Quem locum verbo tenus repræſentat Euſebius, De Præp. Euang. lib. IV.

Euagoras. Hic fuit è progenie Teucri, qui Salaminem urbem condidit. Iſocrates, in Nicocle, ex ejus perſonâ loquens. Τεῦκρος μὲν, ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγὸς, παραλαβὼν τοὺς τῶν ἄλλων πολιτῶν προγόνους, πλεύσας δεῦρο, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἔκτισεν, καὶ τὴν χώραν διένειμεν. ὁ δὲ πατὴρ

Εὐαγόρας, ἀπολεσάντων ἑτέρων τὴν ἀρχὴν, πάλιν ἀνέλαβεν, ὑποστὰς τοὺς μεγίστους κινδύνους καὶ τοσοῦτον μετέστησεν, ὥστε μηκέτι Φοίνικας Σαλαμινίων τυραννεῖν, ἀλλ᾽, ὧνπερ ἦν τὴν ἀρχὴν, τούτους καὶ νῦν ἔχειν τὴν βασιλείαν. *Teucer quidem, nostri generis princeps, cæterorum civium adscitis majoribus, huc navigio delatus, & urbem ipsis condidit, & distribuit regionem: pater verò Euagoras, imperium, ab aliis amissum, maximis periculis aditis, recuperavit: & eò rem redegit, ut necdum quidem Phœnices tyrannidem in Salaminios exerceant, sed etiam nunc regnum teneant illi, quorum id à principio fuit.* Ecce verò, regnum ab aliis amissum, recuperavit: idque adjutantibus Atheniensibus, duce Chabria. Æmylius Probus, in ejus vitâ. *Chabrias autem multa in Europâ bella administravit, cùm dux Atheniensium esset: multa in Ægypto suâ sponte gessit. nam, Nectanebum adjutum profectus, regnum ei constituit. Fecit idem Cypri, sed publicè ab Atheniensibus Euagoræ adjutor datus; neque priùs inde discessit, quàm totam insulam bello devinceret.* Ac tenebat regnum Euagoras jam Olympiadis nonagesimæ tertiæ anno quarto, cùm, Atheniensium classe profligatâ, victore Lysandro, Conon profugus cum octo navibus ad eum se recepit: uti auctor est Herodotus, Hist. Græc. lib. II. Diodorus, lib. XIII. Isocrates, in Euagora; & Plutarchus, in Lysandro. Sed non tenuit perpetuò; ab Abdemone, ut videtur, deturbatus: quem dejecit ipse quoque, & Salaminem, maximamque, insulæ partem, recuperavit, Olympiadis nonagesimæ septimæ anno secundo: ut commemorat Diodorus, lib. XIV. Meminitque Photius, in Excerptis Theopompi. Sed nec ita diu habüit: etenim, bello à Persarum rege petitus, ac cæteræ imperio exutus insulæ, solâ sese Salamine continere coactus fuit. Olympiadis nonagesimæ & octavæ anno quarto: uti refert Diodorus, lib. XV. Meminitque hujus belli etiam Xenophon, Hist. Græc. lib. IV. Occiditur verò à Nicocle eunucho, qui regnum invasit, Olympiadis centesimæ primæ anno tertio: sicut auctor Diodorus, lib. XV. Memoratque item factum, & causam addit, quod filius ejus uxorem ipsi ademisset, Aristoteles, Politic. lib. V. cap x. Itaque alter est ab isto, qui, dejectus itidem eodem regno, Phocionis ope nititur recuperare, Olympiadis centesimæ septimæ

anno

anno ſecundo, verùm exitu infelici. Etenim, Perſarum rege in Protagoram Salaminium, qui videtur dejeciſſe, propendente, cùm auxilium ab eo peteret, accuſatus, ita quidem ſe purgavit, ut Protagoræ regnum deinceps rex permitteret, at in Aſiâ aliam ipſi ditionem largiretur. ſed, dum malè adminiſtrat, ideoque ſibi metuit, denuò in Cyprum profugus, comprehenditur, & ſupplicio afficitur. Vide memorantem iſta Diodorum, in rebus Olympiadis centeſimæ ſeptimæ anni tertii, lib. XVI. Uxor Euagoræ, ſed utrius, in incerto eſt, Latona fuit. Lucianus, in Imaginibus. Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου, τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεός. *Latona verò, quædam Euagoræ, Cypriorum regis, uxor fuit: neque tamen indignata eſt dea.* Liberoſque plurimos ex hâc ſuſcepit. Iſocrates, citato loco. Πρὸς δὲ τούτοις, ὃ δοκεῖ σπανιώτατον εἶναι, καὶ χαλεπώτατον, εὐπαιδίας τυχεῖν ἅμα καὶ πολυπαιδίας, οὐδὲ τούτου διήμαρτεν. *Præterea, quod rariſſimum habetur, & difficillimum, ut idem & multos liberos ſuſcipiat, & felices, ne id quidem ei defuit.* Inter hos Demonicus, de quo jam dixi, in principio hujus capitis. Etiam Nicocles: de quo capite inſequenti ſum dicturus. Et Pythagoras: quem pater, bello contra Perſas, cùm in Ægyptum clàm abiret, auxilii petendi cauſâ, rerum in Cypro ſummæ præfecit, Olympiadis nonageſimæ octavæ anno tertio: ſicut refert Diodorus, lib. XV. Εὐαγόρας δὲ, Πυθαγόραν μὲν τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν, ἡγεμόνα ποιήσας τῶν ὅλων ἐν τῇ Κύπρῳ· αὐτὸς δ', ἀναλαβὼν δέκα τριήρεις, νυκτὸς ἔλαθε τοὺς πολεμίους ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Σαλαμῖνος. *Euagoras verò, Pythagoram quidem filium reliquit, ſummâ ei rerum omnium in Cypro commiſſâ; ipſe verò, aſſumptis decem triremibus, clàm hoſtibus noctu Salamine enavigavit.* Iſocrati, de hâc ipſâ re loquenti, Protagoras dicitur. Verba ejus, in Euagora, ita habent. Ἐπειδὴ δ' ἠναγκάσθη πολεμεῖν, τοιοῦτος ἦν· καὶ τοιοῦτον εἶχε Πρωταγόραν, τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ, συναγωνιστήν. *Cùm verò coactus fuit bellum gerere, talis fuit: ac talem habuit Protagoram, filium ſuum, adjutorem.* In Euagora verò ſtirpem Teucridarum deſiiſſe, dicit Pauſanias, Corinthiacis. οἱ δὲ Τευκρίδαι βασιλεῖς διέμειναν Κυπρίων ἄρχοντες ἐς Εὐαγόραν. *Teucridæ verò reges permanſerunt Cypriorum principes, uſque ad Euagoram.* Sed id non exactè verum eſt, quando etiam filii ejus regnavere, ut oſtendi: & Nicocreon ex eodem ge-

nere erat. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xxxix. Ἰδὼν τὴν θυγατέρα τὴν Νικοκρέοντος, τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως, ἠράσθη· γένος δ᾽ ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου. *Conspicatus filiam Nicocreontis, Salaminiorum regis, eam amavit. Erat vero Nicocreon à Teucro oriundus.* Atqui ille multo pòst impositus regno à Ptolemæo, Olymp. CXVII. anno I. id est, post Euagoræ mortem anno sexagesimo secundo. Ergo error est Pausaniæ, satis clarus. Ejus statua Athenis propè porticum spectabatur. Idem Pausanias, in Atticis. Πλησίον δὲ τῆς στοᾶς, Κόνων ἕστηκε, καὶ Τιμόθεος, υἱὸς Κόνωνος· καὶ βασιλεὺς Κυπρίων, Εὐαγόρας. *Propè porticum verò, Cononi, ejusque filio Timotheo, positæ sunt statuæ: tum & regi Cypriorum, Euagoræ.* Meminitque Isocrates, in Euagora. Καὶ ταῦτ᾽ ἐπράχθη, Κόνωνος μὲν στρατηγοῦντος, Εὐαγόρου δ᾽ αὐτόν τε παρασχόντος, καὶ τῆς δυνάμεως τὴν πλείστην παρασκευάσαντος. ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν. *Atque hæc gesta sunt, Conone quidem duce, Euagora verò cùm ipso strenuam operam navante, tum maximam copiarum partem comparante. Pro quibus nos eos summis honoribus affecimus, & statuas posuimus.*

CAP. XIII.

Euelthon, rex Salaminiorum: Thuribulum Delphis dedicat, à Corinthiis asservatum. Eunostus, Solorum. Euryptolemus: expositus, & à caprâ educatus, Ægonomus primo, inde Euryptolemus dictus: pro dentibus, habuit os continuum. Gnosius, qui Ptolemæus, sub quo Cyprus Romanorum provincia facta. Jornandis locus emendatus. Gorgus, rex Salaminis; ut & Nicocles, qui, Euagora interfecto, regnum invasit: mox dejectus ipse quoque à Nicocle altero, Euagoræ filio: ad quem sunt Isocratis Orationes: ac de his Pollucis error indicatus, & Menandri rhetoris locus restitutus. Nicocles tertius, rex Paphi, à Ptolemæo cum familiâ universâ interfectus. Axiotheæ, ejus conjugis, factum illustre.

Euelthon. Rex Salaminis. Hic thuribulum Delphis admodum pretiosum dedicavit, quod Corinthii asservarunt. Herodotus, lib.

lib. IV. Ἡ δὲ μήτηρ οἱ ἐς Σαλαμῖνα τῆς Κύπρου ἔφυγε. τῆς δὲ Σαλαμῖνος τοῦτον τὸν χρόνον ἐπεκράτεε Εὐέλθων, ὃς τὸ ἐν Δελφοῖσι θυμιητήριον, ἐὸν ἀξιοθέητον, ἀνέθηκε, τὸ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ κέεται. *Mater ejus in Salaminem Cypri profugit. Salaminem verò obtinebat eo tempore Euelthon; qui thuribulum, ſpectatu dignum, Delphis dedicavit, quod in theſauro Corinthiorum repoſitum eſt.* Meminitque ejus iterum, lib. V. Ἦν Ὀνήσιλος, Γόργου μὲν, τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως, ἀδελφεὸς νεώτερος, Χέρσιος δὲ, τοῦ Σιρώμου, τοῦ Εὐέλθοντος, παῖς. *Erat Oneſilus, Gorgi quidem, Salaminiorum regis, frater minor, Cherſiis filius, Siromi nepos, Euelthontis pronepos.* Polyænus, lib. VIII. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ Φερετίμα, πρὸς Εὐέλθοντα, βασιλέα Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ, πλεύσασα, ἱκέτευσεν, αἰτουμένη συμμαχίαν. *Mater verò ejus Pheretima, navigio profecta ad Euelthontem, Salaminis Cypriæ regem, ſupplex rogabat, ut auxilium ferret.*

Eunoſtus. Meminit ejus Athenæus, tanquam Solorum regis, lib. XIII. Ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνα, Λεοντίσκον, καὶ Λάγον, θυγατέρα δὲ Εἰρήνην· ἣν ἔγημεν Εὔνοστος, ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. *Peperit illi liberos, Leontiſcum, & Lagum; filiamque Irenen, quæ nupſit Eunoſto, Solorum in Cypro regi.* Euſtathius, ad Iliad. ψ'. Ἦσαν δὲ καὶ Κύπριοι Σόλοι, ὧν ἱστορεῖται βασιλεὺς Εὔνοστος. *Erant verò & Soli Cyprii, quorum rex Eunoſtus commemoratur.*

Euryptolemus. Hunc expoſitum, & à caprâ educatum, primò Æginomum, inde Euryptolemum vocatum eſſe, tradit Pollux, lib. II. cap. iv. ſect. xxj. Περὶ δὲ τὴν Ἀλκάθου κώμην ἐν Κύπρῳ, Μήστορι τῷ Κυπρίῳ τοιοῦτον βρέφος τεχθὲν, ἐκτεθῆναί τι ὑποψίᾳ, αἶγα δ᾽ αὐτῷ μαστὸν παρασχεῖν, καὶ κληθῆναι τραφὲν τὸ μὲν πρῶτον, Αἰγονόμον, αὖθις δὲ Εὐρυπτόλεμον, καὶ βασιλεῦσαι Κυπρίων. *Juxta Alcathoi verò vicum in Cypro natum talem puerum, propter ſuſpicionem expoſitum fuiſſe; capram verò illi uber præbuiſſe: illumque, ſic educatum, primò quidem Ægonomum, inde Euryptolemum dictum, & Cypriorum regem fuiſſe.* Ac commemorat, os continuum loco dentium habuiſſe.

Gnoſius, ſub quo inſula eſt redacta in Romanorum poteſtatem. Jornandes, De regn. ſucceſſ. *Cyprum Cato claſſe navigerâ directus invaſit: Cypriis negantibus habere ſe aliquid, magnas illic*

opes reperit, proscriptionibusque multavit. Quod non ferens Gnosius, rex eorum, veneno hausto, semet occîdit: & sic Cyprus Romana facta provincia. Est autem hic Ptolemæus: ut videre est apud Florum, lib. III. cap. ix; & Plutarchum, in Catone minore. Sed corruptum nomen puto; atque *Dionysius*, pro *Gnosius*, legendum esse: quippe Ptolemæus iste, etiam Dionysius dictus, & Auletes cognomento: uti notum ex Historiâ Romanâ, & Eusebio.

Gorgus. Erat rex Salaminiorum. Herodotus, lib. V. Ἦν Ὀνήσιλος Γόργου μὲν, τοῦ Σαλαμινίων βασιλῆος, ἀδελφεὸς νεώτερος. *Erat Onesilus frater quidem Gorgi, Salaminiorum regis, natu minor.* Ac mox iterum. Ἔμαθον τὰ πρήγματα τὰ Ὀνησίλου διεφθαρμένα, καὶ τὰς πόλιας τῶν Κυπρίων πολιορκουμένας τὰς ἄλλας, πλὴν Σαλαμῖνος· ταύτην δὲ Γόργῳ, τῷ προτέρῳ βασιλέϊ, τοὺς Σαλαμινίους παραδιδόντας. *Didicerunt res Onesili perditas esse, & Cypriorum urbes alias obsessas, præter Salaminem: eam verò Salaminios Gorgo, priori regi, tradidisse.*

Nicocles. Duo nominis istius in Historiâ occurrunt, reges Salaminiorum, unus horum, eunuchus, qui, Euagora interfecto, regnum invasit, Olympiadis centesimæ primæ anno tertio: uti auctor Diodorus, lib. XV. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, κατὰ μὲν τὴν Κύπρον, Νικοκλῆς ὁ εὐνοῦχος ἐδολοφόνησε τὸν Εὐαγόραν τὸν βασιλέα, καὶ τῆς τῶν Σαλαμινίων βασιλείας ἐκυρίευσε. *Simul vero hæc gesta essent, in Cypro quidem Nicocles eunuchus Euagoram regem dolo occîdit, & regnum Salaminiorum in potestatem suam redegit.* Et hic ille ipse fuerit, cui Timarchum patrem Pollux, & duos dentium ordines, tribuit, lib. II. cap. iv. sect. xxj. ὁ δὲ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων (βασιλέως) πατὴρ, ᾧ τὰς Παραινέσεις ὁ Ἀθηναῖος σοφιστὴς ἔγραψε, τὸ μὲν ὄνομα αὐτῷ Τίμαρχος ἦν, διστοίχους δ' ἄρα τοὺς ὀδόντας εἶχε, τῷ Ἀριστοτέλους λόγῳ. *Nicoclis vero, Cypriorum regis, pater, cui Admonitiones scripsit sophista Atheniensis, nominatus erat Timarchus; geminos autem habebat dentium ordines, sicut tradit Aristoteles.* Sed videtur adeò malè partum regnum minimè diu tenuisse: atque depulisse eum alius Nicocles, unus filiorum Euagoræ. Fueritque idem iste, quem luxu certasse cum Stratone, Sidoniorum rege, & violenta vitam morte finiisse, memorat ex Anaximene Athenæus, lib. XII. Ἀναξιμένης δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Βασιλέων μεταλλαγαῖς, πε-

ρὶ

εἰ δὲ Στράτωνος τὰ αὐτὰ ἱστορήσας, διημιλλῆσθαί φησιν αὐτὸν Νικοκλεῖ, τῷ τῆς ἐν Κύπρῳ Σαλαμῖνος βασιλεύσαντι, ἐσπουδακότι περὶ τρυφὴν, καὶ ἀσέλγειαν, ἀποθανεῖν τ' ἀμφοτέρους βιαίως. *Anaximenes vero, in eo Opere, quod inscripsit, Regum mortes, de Stratone eadem referens ait eum cum Nicocle, Salaminis Cypri rege, concertasse, homine apprimè luxurioso, & intemperante.* Eadem quoque tradidisse Philippicorum libro decimo quinto, ibidem paullo antè tradit. Neque alius est putandus, cujus meminit Maximus Tyrius, Differt. IV. pag. 37. cujus verba hic adscribenda. Ad Euagoræ verò Nicoclem, de quo dixi, jam regnantem, exstant duæ Isocratis Orationes; quarum una, πρὸς Νικοκλέα; altera, Νικοκλῆς inscribitur. In quarum postremâ, ipse Nicocles, ex cujus personâ Oratio ista est conscripta, filium Euagoræ se clarè dicit, istis. Ὁ δὲ πατὴρ Εὐαγόρας, ἀπολεσάντων ἑτέρων τὴν ἀρχὴν, πάλιν ἀνέλαβεν. *Pater verò Euagoras, cum principatum alii amisissent, recuperavit.* Itaque errat valdè Pollux, in citatis statim verbis, ubi Isocratem, quem designat nomine Atheniensis sophistæ, alteri Admonitiones suas scripsisse tradit. Ac, quod attinet ad postremam Orationem, cui titulus est Νικοκλῆς, ejus meminit Menander quoque Rhetor, cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν: sed corrupta supra modum hodie verba, quæ emendo. Εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν, δεῖ μὲν τυραννουμένην, ὡς βασιλευομένην ἐπαινεῖν· ὡς ἐν τῷ Νικοκλεῖ ὁ Ἰσοκράτης πεποίηκε. *Si urbem laudaveris, oportet eam, quæ tyrannicè gubernatur, ut regnatam prædicare: quemadmodum in Nicocle Isocrates fecit.* Minimum verò recedo à vulgatâ lectione, quæ sic habet. Εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν, εἰ μὲν τυραννουμένην, ὡς βασιλευομένην ἐπαινεῖν· ὡς ἐν τοῖς κοκλείοις ὁ Κράτης πεποίηκε. Jam, non tantum Salaminem, verùm universam Cyprum, tyrannicè administratam, docui abunde supra, cap. xj. Nicoclemque, quod præscribitur à Menandro, uti regem moderatum, cùm tyrannus tamen esset, ibi Isocrates introducit.

CAP. XIV.

Præter verò duos istos, tertius etiam Nicocles commemoratur, rex Paphiorum, quem è medio tolli Ptolemæus jussit, quod oc-

cultam

cultam cum Antigono amicitiam contraxisse cognovisset: idque factum Olympiadis centesimæ & decimæ septimæ anno tertio. Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib. XX. Πτολεμαῖος μὲν, τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων κυριεύων, ἐπειδὴ τινῶν ἐπύθετο, Νικοκλέα, τὸν βασιλέα τῶν Παφίων, ἐν ἀπορρήτοις ἰδίᾳ συντεθεῖσθαι φιλίαν πρὸς Ἀντίγονον, ἔπεμψε τῶν φίλων Ἀρχαῖον, καὶ Καλλικράτην, Νικοκλέα. *Ptolemæus verò, jam in potestate habens urbes Cypri, postquam ex quibusdam cognovisset, Nicoclem, Paphiorum regem, clàm privatam cum Antigono amicitiam iniisse, misit ex amicis suis Archæum, & Callicratem, cum mandatis, uti Nicoclem interficerent.* Atque is, cum excusare sese vellet non admitteretur oratio, ipse sibi manus infert. Diod. 761. Et quidem laqueo vitam finit. Polyænus, 626. Post hæc autem Axiothea, ejus uxor, quanquam vivere liceret, mox se quoque, & familiam universam, è medio tollit, Diod. & Polyænus, locis citatis: quæ huc transscribenda. Est autem hic ipse, qui Stratonicum interfecit; de quo tradit Athenæus, lib. VIII.

CAP. XV.

Nicocreon, à Ptolemæo impositus Cypro. Anaxarchum crudeliter necat. Procopii sophistæ locus emendatus. Sarapin rogat, quisnam ipse deus esset: eaque de re Macrobii locus restitutus. Isocratem invitat ad convivium: isque in illo quid alicui responderit. Erat rex Salaminiorum, & à Teucro oriundus. Alexandro ludos, ac certamina instituenti, sumptus præbet. Ejus filia Arsinoë, sive, ut aliis appellatur, Anaxareta, in saxum conversa. Pasicrates. Pasicyprus, luxu ad egestatem redactus, vendit regnum, recipitque ab Alexandro Magno. Perseus, Teucri successor.

N*icocreon.* Hic præfectus Cypro est à Ptolemæo, Olympiadis centesimæ decimæ septimæ anno primo: uti tradit Diodorus, lib. XIX. Πτολεμαῖος μὲν, τῶν περὶ Κυρήνην αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπηντηκότων, διῆρεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Κύπρον, ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας τῶν βασιλέων. Πυγμαλίωνα μὲν, εὑρὼν διαπρεσβευόμενον πρὸς Ἀντίγονον, ἀνεῖλε· Πράξιππον δὲ, τὸν τῆς Λαπιθίας βασιλέα, καὶ τὸν τῆς Κερανίας δυνάστην,

ὑπο-

ὑποπτεύσας ἀλλοτρίως ἔχειν, συνέλαβε· καὶ Στασίνικον, τὸν τοῦ Μαλιέως. καὶ τὴν μὲν πόλιν, κατέσκαψε· τοὺς δ' οἰκοῦντας, μετήγαγεν εἰς Πάφον. ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, τῆς μὲν Κύπρου κατέστησε στρατηγὸν Νικοκρέοντα, παραδοὺς τάς τε πόλεις καὶ τὰς προσόδους τῶν ἐκπεπτωκότων βασιλέων. *Ptolemæus autem, ubi Cyrenes negotium ex animi ſententiâ ſucceſſerat, in Cyprum, adverſum reges imperium detrectantes, cum exercitu trajecit. Et Pygmalionem, cum Antigono per legatos agere compertum, interfecit: Praxippum verò, Lapithiæ regem, & Ceraniæ dynaſtam, ſuſpectos animi alieni, comprehendit, ſicut etiam Staſinïcum, agri Malienſis principem. atque urbem quidem, evertit; habitantes Paphum tranſtulit. His autem peractis, ducem Cypro impoſuit Nicocreontem; urbeſque illi, ac reditus regum ejectorum eſt largitus.* Anaxarchum Philoſophum crudeli modo interfecit; uti fuſè memoratur à Diogene Laërtio, in ejus Vitâ, lib. IX. Meminitque, verùm paucis, Nemeſius, De Nat. hom. cap. xxx. Ὡς καὶ Ἀνάξαρχος ὁ φιλόσοφος, ὑπομείνας πτίσσεσθαι ὑπὸ Νικοκρέοντος τοῦ τυράννου, ὑπὲρ τοῦ μὴ προδοῦναι τοὺς φίλους. *Quemadmodum etiam Anaxarchus philoſophus, qui paßus eſt ſe contundi à Nicocreonte tyranno, ne amicos proderet.* Cicero, Tuſcul. Quæſt. lib. II. *De Anaxarcho Democritio cogitetur; qui, cùm Cypri in manus Nicocreontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſavit.* Emendandus eſt Procopii ſophiſtæ locus, in Epiſtolâ quâdam ad Heliam epiſcopum. Ὅθεν ὁ μὲν, ὡς ἀλλοτρίῳ κεχρημένος σώματι, τὴν ἐλευθέραν ἐκείνην φωνὴν, πτίσσε, λέγων, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ Ἀνάξαρχον οὐ πτίσσεις. *Unde ille quidem, ceu alieno corpore uſus, liberam illam vocem emiſit; Tunde, dicens, tunde Anaxarchi ſaccum, ipſum enim Anaxarchum non tundis.* Corruptiſſimè hodiè editur: πτῆσσε τὸν ἐξ ἀνάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ ἀνέξαρχον οὐ πτήσσεις. Videndus Philo Judæus in eo libro, quem inſcripſit, Πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον: Plinius, lib. VII. cap. xxiij. Plutarchus, De virt. morali. Rogabat aliquando Sarapin, quis deorum ipſe eſſet; qui reſpondit, iſtis verſibus:

Εἰμὶ θεὸς, τοιόσδε μαθεῖν, οἷον κ' ἐγὼ εἴπω·
Οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα,
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,
Ὄμμα τε τηλαυγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Macrobius, Saturn. lib. I. cap. xx. *Sarapis, quem Ægyptii deum maximum prodiderunt, oratus à Nicocreonte, Cypriorum rege, quis deorum haberetur, his versibus sollicitam religionem regis instruxit.*

Εἰμὶ θεὸς &c.

Ita enim locus ille, commutatâ leviter interpunctione, quæ non parum sensum turbat, corrigendus. Nec enim Nicocreon interrogabat Sarapin, quisnam deus istis versibus haberetur; sed simpliciter, quisnam ipse deus esset: isque illi respondebat, istis versibus. Ergo malè in vulgatis in hunc diem exemplaribus interpungitur isto modo. *Oratus à Nicocreonte rege, quisnam deus haberetur istis versibus, sollicitam r. r. i.* Aliquando Isocratem ad convivium cùm Nicocreon invitavit: cumque aliquis è convivis hunc rogaret, ut & ipse aliquâ de re dissereret, is respondit: quæ hic locus postularet, se nescire; &, quæ sciret, non istius loci esse. Plutarchus, in ejus Vitâ, lib. De X. Rhet. Ἑστιώμενος δέ ποτε παρὰ Νικοκρέοντι, τῷ Κυπρίων τυράννῳ, προτρεπομένων αὐτὸν τῶν παρόντων διαλεχθῆναι, ἔφη· Οἷς μὲν ἐγὼ δεινὸς, οὐχ ὁ νῦν καιρός· οἷς δ' ὁ νῦν καιρὸς, οὐκ ἐγὼ δεινός. *Quum aliquando à Nicocreonte, Cypriorum tyranno, convivio exceptus esset, ac præsentes ad dissertandum hortarentur; quæ ego quidem, inquit, scio, non sunt hujus temporis; quæque tempus istud poscit, ego ignoro.* Erat verò rex Salaminiorum, à Teucro genus suum ducens. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xxxix. Ἰδὼν τὴν θυγατέρα τὴν Νικοκρέοντος, τοῦ Σαλαμινίων βασιλέως, ἠράσθη. γένος δ' ἦν τοῦ Νικοκρέοντος ἀπὸ Τεύκρου. *Conspicatus filiam Nicocreontis, Salaminiorum regis, eam amavit. Genus verò Nicocreontis erat à Teucro.* Quin hunc, cum Pasicrate, rege Soliorum, Alexandro, ludos ac certamina instituenti, sumptus suppeditasse, tradit Plutarchus, in Vitâ Alexandri, pag. 681. Verba inde huc transcribenda. Ejus filia Arsinoë, in lapidem mutata traditur. Vide ibidem hæc narrantem Antoninum. Eadem autem hæc putanda est, quæ Ovidio Anaxareta, sicut Iphis pro Arceophonte dicitur, Metamorph. lib. XIV.

Pasicrates. Hujus, Soliorum regis, meminit Plutarchus, in citato Alexandro, 681.

Pa-

Pasicyprus. Hic cùm, luxu nimio egenus, regnum Pymato Citiensi vendidisset, & Amathunte consenesceret, beneficio Alexandri Magni id recuperavit. Eâ de re est fragmentum insigne Duridis, è libro septimo Macedonicorum, apud Athenæum, lib. IV. Ἀλέξανδρος, μετὰ τὴν Τύρου πολιορκίαν, Πνυταγόραν ἀποστέλλων, ἄλλας τε δωρεὰς ἔδωκε, (Πασικύπρῳ,) τῷ Κυπρίων βασιλεῖ,) καὶ χωρίον, ὃ ᾐτήσατο. πρότερον δὲ τοῦτο Πασίκυπρος ὁ βασιλεύων ἀπέδοτο δι' ἀσωτίαν πεντήκοντα ταλάντων Πυμάτῳ τῷ Κιτιεῖ ἅμα τὸ χωρίον καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. καὶ λαβὼν τὰ χρήματα, κατεγήρασεν ἐν Ἀμαθοῦντι. *Alexander, post obsidionem Tyri, Pnytagoram mittens, cùm alia munera donavit, (Pasicypro,) Cypriorum regi,) tum regionem, quam petierat. Anteà verò Pasicyprus, qui illic regnabat, ob luxum egens, Pymato Citiensi quinquaginta talentis vendiderat simul regionem atque regnum, ac pecuniâ acceptâ Amathunte consenuit.*

Perseus, rex Paphi: cui etiam Salaminæ posteà regnum moriens reliquit Teucer, Nonnus, ubi Cypri urbes, principesque aliquot, recenset. pag. 378.

CAP. XVI.

Philocyprus: Solonis suasu, Æpeam urbem, translatam in locum meliorem, Solos vocat. Aliis Cypranor dicitur. Pnytagoras. Praxippus. Protagoras. Ptolemæus. Pygmalion: Phœnix, & principio rex Tyri: ac Sichæum hîc obtruncat. Inde Cypri, atque Cypri sedem figit. Amat simulacrum Veneris, sive virginis, ut alii: & ex eo filium tollit, Paphum nomine. Ejus filia Metharne, Cinyræ uxor. Carpasiam condit; & sacerdotem, ejusque uxorem, quia carnes victimæ edissent, dat præcipites de saxo. Vitæ tempus, ut & regni. Theophili locus emendatus. Alter Pygmalion qui occisus à Ptolemæo.

Philocyprus. Hic est, ad quem Solon postquam commigrasset, ejus suasu, translatam Æpéam urbem Solos dixit: uti supra explicavi, cùm de eâ urbe agerem, lib. I. cap. vij. Meminit ejus & Herodotus, filiumque Astycyprum habuisse nobis refert, lib. V.

Vide ſupra, cap. xij. Hipparchus, aut quicunque eſt auctor, in Vitâ Arati, Cypranorem vocat. Μέμνηται δὲ τούτων Σόλων, ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα· ὃς, συμβουλευθεὶς ὑπὸ Σόλωνος, κτίσαι τὴν πόλιν, χάριν τοῦ ἀνδρὸς, Σόλους ὠνόμασεν. *Meminitque horum Solon, in Elegiis, quas Cypranori regi ſcripſit; qui, cùm de conſilio Solonis urbem condidiſſet, in viri gratiam, Solos nominavit.*

Pnytagoras. Curtius, lib. IV. *Claſſem in duo dividit cornua. Lævum, Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur.* Arrianus, lib. II. Καὶ ξὺν αὐτῷ οἵ τε Κυπρίων βασιλεῖς, πλὴν Πνυταγόρου. οὗτος δὲ, καὶ Κρατερὸς, τὸ εὐώνυμον κέρας εἶχον τῆς πάσης τάξεως. *Unaque cum ipſo Cypriorum reges, præter Pnytagoram. Nam hic & Craterus lævum totius aciei cornu tenebant.* Duris, Macedonicorum, lib. VII. Ἀλέξανδρος, μετὰ τὴν Τύρου πολιορκίαν, Πνυταγόραν ἀποστέλλων, ἄλλας τε δωρεὰς ἔδωκε, καὶ χωρίον, ὃ ᾐτήσατο. *Alexander, poſt obſidionem Tyri, Pnytagoram mittens, cùm alia ei munera donavit, tum regionem, quam petierat.*

Praxippus. Hujus, ceu Lapithiæ regis, meninit Diodorus Siculus, in rebus geſtis Olympiadis centeſimæ & decimæ ſeptimæ, anno primo, lib. XIX.

Protagoras. Hic, occiſo Euagora, rex Salaminis ab Artaxerxe conſtitutus memoratur à Diodoro, in rebus geſtis Olympiadis centeſimæ ſeptimæ anno tertio, lib. XVI.

Pygmalion. Meminit ejus, & Phœnicem genere dicit, ſicut alii, Porphyrius, De Abſtin. Anim. lib. IV. Κατὰ Πυγμαλίωνα, τὸν γένει μὲν Φοίνικα, βασιλεύσαντα δὲ Κυπρίων. *Circa Pygmalionis tempora, genere quidem Phœnicis, verùm regis Cypriorum.* Erat autem filius Pygmalii: ut eſt diſcere ex Theophilo, ad Autolycum, lib. III. cujus verba ſtatim proferam. Initio verò, rex Tyri erat. Lutatius, in Epitome Ovidii Metamorphoſeon, lib. X. *Pygmalion, rex Tyri, offenſus impudentiâ vulgari Propœtidum, vitam cœlibem exigere ſtatuit.* Et Sichæum, ſororis Didonis virum, ante aras interfecerat. Ipſa Dido ita loquitur apud Virgilium, Æneid. I.

——— regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum

Im-

Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clàm ferro incautum ſuperat. ———

Poſteâ, rex Cypri factus, ut jam dixi, Paphi regiam ſedem fixit: atque inde *Paphius heros* dicitur Ovidio, de hoc loquenti, Metamorph. lib. X.

Tum verò Paphius pleniſſima concipit heros
Verba, quibus grates agit. ———

Incidit in amorem ſimulacri Veneris. Clemens, in Protreptico. Οὕτως ὁ Κύπριος, ὁ Πυγμαλίων ἐκεῖνος, ἐλεφαντίνου ἠράσθη ἀγάλματος. τὸ ἄγαλμα, Ἀφροδίτης ἦν, καὶ γυμνὴ ἦν. νικᾶται ὁ Κύπριος τῷ σχήματι, καὶ συνέρχεται τῷ ἀγάλματι. *Sic Pymalion ille Cyprius, eburneum adamavit ſimulacrum. erat ſimulacrum Veneris, atque nudum. Vincitur figurâ Cyprius, & cum ſimulacro coit.* Arnobius, lib. VI. *Philoſtephanus, in Cypriacis, auctor eſt, Pygmalionem, regem Cypri, ſimulacrum Veneris, quod ſanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquæ, adamaſſe ut fœminam, mente, animo, lumine rationis, judiciique, cæcatis: ſolitumque dementem, tanquam ſi uxoria res eſſet, ſublevato in lectulum numine, copularier amplexibus, atque ore; reſque alias gerere, libidinis vacuâ imaginatione fruſtrabiles.* Ovidius, non Veneris id ſimulacrum, verum virginis cujuſdam tantùm tradit: filiumque ex eo Paphum ſuſtuliſſe. Vide ipſum, pluribus hæc enarrantem, Met. lib. X. Lutatius, in Epitome. *Pygmalion, cùm effigiem Virginis ex ebore ſculpſiſſet, captus ſpecie ejus pulcerrimâ, in vecordem incidit amorem, petiitque à Deâ, (Venere,) ut ei ſigno, cujus amore exarſerat, animam infunderet. Venus igitur ſtatuæ, quam in lectum ipſe collocârat, eburneæ animam inſpiravit. Ex hâc uxore ſuâ deinde rex Paphum filium genuit.* Filiam quoque habuit, Metharnen nomine: quæ, Cinyræ nupta, filios ei peperit, Oxyporum, & Adonim. Apollodorus, lib. III. Γήμας δ' ἐκεῖ (ὁ Κινύρας) Μεθάρμην, κόρην Πυγμαλίωνος, Κυπρίων βασιλέως, Ὀξύπορον ἐγέννησε, καὶ Ἄδωνιν. *Ductâ verò ibi (Cinyras) Metharnâ, filiâ Pygmalionis, Cypriorum regis, genuit Oxyporum, & Adonin.* Condidit autem Carpaſiam urbem. Stephanus. Καρπασία, πόλις Κύπρου, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν· ὡς Ἑλλάνικος, ἐν τοῖς Κυπριακοῖς. *Carpaſia, urbs Cypri, quam*

Pygmalion condidit: ut tradit Hellanicus, in Cypriacis. Sacerdotem, ejusque uxorem, quod carnes victimæ comedissent, è saxo præcipitavit. Asclepiades, in Opere De Cypro, & Phœnice, cujus hoc fragmentum exstat apud Porphyrium, De Abstin. Anim. lib. IV. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐθύετο τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἔμψυχον. ἀλλ᾽ οὐδὲ νόμος ἦν περὶ τούτου, διὰ τὸ νόμῳ φυσικῷ κεκωλῦσθαι. ὑπὸ δέ τινας καιροὺς πρῶτον ἱερεῖον θῦσαι μυθεύονται, ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς αἰτουμένους. εἶτα, τούτου γινομένου, ὁλοκαυτίζειν τὸ τυθέν. ὕστερον δέ ποτε, φλεγομένου τοῦ ἱερείου, πεσεῖν σάρκα εἰς γῆν. ἣν ἀνελόντα τὸν ἱερέα, καὶ κατακαιόμενον, ἀβουλήτως προσαγαγεῖν τῷ στόματι τοὺς δακτύλους, ἀκούμενον τὴν κατάκαυσιν. γευσάμενον δὲ τῆς κνίσης, ἐπιθυμῆσαι, καὶ μὴ ἀποσχέσθαι, ἀλλὰ καὶ γυναικὶ μεταδοῦναι. γνόντα δὲ τοῦτο τὸν Πυγμαλίωνα, αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα κατὰ κρημνῶν ἀφεῖναι, ἑτέρῳ δὲ τὴν ἱερωσύνην παραδοῦναι. *Principio sanè nullum animatum diis sacrificari consueverat: quin neque ulla de hoc lex erat, quia lege naturali prohibitum esset. Quibusdam autem temporibus ferunt, cùm anima pro animâ peteretur, primam victimam fuisse sacrificatam, ac totam flammis consumptam. Quod quidem sacrificium cùm posteà fieret, ac victima concremaretur, ex eâ carnis frustulum in terram decidisse: sacerdotem verò, qui adstabat, confestim id sustulisse. cumque ignitâ carne digitos adussisset, eos fortè ori admisisse, ut adustioni remedium ferret. atque ita cùm ex assâ carne degustasset, edere ex eâ mirum in modum appetivisse: & hoc pacto esum carnis & ipsum fuisse aggressum, & cum uxore etiam communicasse. Pygmalionem autem, cùm id rescivisset, ipsum unà cum uxore de saxo præcipitasse, alterumque sacerdotio præfecisse.* Vixit verò annos quinquaginta sex, regnavit quadraginta septem. Josephus, contra Apionem, lib. I. Τούτου διάδοχος γέγονε Πυγμαλίων· βιώσας δ᾽ ἔτη πεντήκονταέξ, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαρακονταεπτά. *Hujus successor fuit Pygmalion: qui cùm annos quinquaginta sex vixisset, regnum quadraginta septem tenuit.* Itaque corrigendus est Theophilus, ad Autolycum, lib. III. Τοῦτον διεδέξατο Πυγμαλίων Πυγμαλίου· ὅς, βιώσας ἔτη νϛʹ, ἐβασίλευσεν ἔτη μζʹ. *Huic successit Pygmalion, Pygmalii filius: qui, cùm annos quinquaginta sex vixisset, regnum tenuit septem atque quadraginta.* Admodum corruptè editur: ἐβασίλευσεν ἔτη ζ. *regnum tenuit annos septem.* Excidit quadragenarius numerus,

&

& restitui debet. Itaque respectu regni: potiùs quàm vitæ, longævum eum dicit Nonnus, Dionysiac. lib. XXXII.

> Οὐκ ἀπὸ Πυγμαλίωνος ἔχεις γένος, ᾧ πόρε Κύπρος
> Μηκεδανὴν βιότοιο πολυχρονίοιο πορείην.
> *Non à Pygmalione habes genus, cui dedit Venus*
> *Longum vitæ diuturnæ transitum*

Alter ab hoc Pygmalion fuit, quem, privatim per legatos cum Antigono clàm agentem deprehensum, Ptolemæus interfecit, Olymp. CXVII. anno I. Diodorus, in ejus anni rebus gestis, lib. XIX. Πτολεμαῖος δὲ, τῶν περὶ Κυρήνην αὐτῷ κατὰ νοῦν ἀπηντηκότων, διῆρεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Κύπρον, ἐπὶ τοὺς ἀπειθοῦντας τῶν βασιλέων. Πυγμαλίωνα δὲ, εὑρὼν διαπρεσβευόμενον πρὸς Ἀντίγονον, ἀνεῖλε. *Ptolemæus verò, postquam res circa Cyrenen ex sententiâ successisset, cum magnis copiis ex Ægypto in Cyprum trajecit, contra reges, qui imperium detrectabant. Pygmalionem vero, cum Antigono per legatos agere clàm deprehensum, è medio sustulit.*

CAP. XVII.

Pymatus; rex Citiensium: cui regnum Pasicyprus venum dedit: quique gladium insignem Alexandro dono dedit. Rhœcus, rex Amathusiorum. è captivitate redux, hordeum Atheniensibus mittit. Suidæ locus emendatus. Salamin, cujus filia Caso nupta. Siromus, rex Salaminiorum. Stasiœcus, rex Maliensium. Stesanor, rex Curii. Teucer, coloniam in Cyprum ducit, & Salamina illic condit. Ubi appulerit, & uxorem quam habuerit. Ejus baltheus, in Gadibus ostensus. Thias. Rex Chytriorum incertus.

Pymatus. rex Citiensium: cui regionem, & regnum, luxu egens, venum dedit Pasicyprus: sicut nobis auctor Duris, Macedonicorum VII. Vide verba supra, capite decimo quinto. Et hunc censeo, quem insignem Alexandro Magno gladium donavisse tradit Plutarchus, in ejus Vitâ, pag. 684.

Rhœcus. Amathusiorum rex; qui captivus, postquam domum rediisset; hordeum Atheniensibus misisse fertur: unde & prover-

bio

bio dictum, Ῥοίκου κριθοπομπία. *Rhœci hordei missio.* Hesychius. Ῥοίκου κριθοπομπία. Ἐρατοσθένης, ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἀμαθουσίων, βασιλέα τοῦτον, αἰχμάλωτον γενόμενον, εἶτα ὑποστρέψαντα πρὸς ἑαυτὸν, τῇ πόλει Ἀθηναίων κριθὰς ἐκπέμψαι φησίν. *Rhœci hordei missio. Eratosthenes, Amathusiorum libro nono, ait, regem hunc, captivum factum, postquam domum revertißet, Atheniensium urbi hordeum misisse.* Emendandus autem Suidas, in Proverbio hoc ipso; ubi malè hodie editur, Ῥύκου κριθοπομπία. *Rhyci hordei missio.* Sed de hisce, vide supra, lib. I. cap. viij.

Salamin. Ejus filiam sibi conjugem Casus cepit. Libanius de eo, in Antiochico. Καὶ γαμεῖ (ὁ Κάσος) τὴν θυγατέρα Σαλαμῖνος, ὃς ἐτυράννει Κυπρίων. *Et uxorem ducit (Casus) filiam Salaminis, Cypriorum tyranni.*

Siromus. Hujus, tanquam Salaminiorum regis, mentio fit apud Herodotum, lib. V.

Stasiæcus. Ejus, ceu Maliensium regis, mentio est apud Diodorum, in rebus gestis Olympiadis centesimæ decimæ & septimæ, anno primo, lib. XIX.

Stesanor. Curii regis. Herodotus, lib. V. Στησήνωρ, τύραννος ἐὼν Κουρίου. *Stesanor, qui Curii tyrannus erat.*

Teucer. Hic, acceptâ à Belo Cypro, uti supra memoravi, cap. viij, coloniam in eam duxit, ex captivis Trojanis. Athenæus, lib. VI. Ἀπόγονος ὢν τῶν Τρώων ἐκείνων, οὓς Τεῦκρος ἀπὸ τῶν αἰχμαλώτων κατακτησάμενος, εἰς Κύπρον ἔχων ἀπῴκισεν. *Cum oriundus esset ex illis Trojanis, quos Teucer, ex captivis nactus, postquam sibi adscivisset, in Cyprum in coloniam duxit.* Condiditque urbem illic Salamina. Vide quæ commemorata mihi suprà, cùm de ea urbe agerem, lib. I. cap. xx. Ubi appulerit, enarravi ejusdem libri cap. xxix. Uxorem habuit, quandam Cinyræ filiarum: uti supra indicavi, in Cinyræ rebus, cap. x. Ejus baltheus, in Gadibus consecratus ostendebatur. Philostratus, de Gadibus agens, in Vitâ Apollonii, lib. V. cap. I. Καὶ Τεύκρου τοῦ Τελαμωνίου ζωστῆρα χρυσοῦν φασι δείκνυσθαι. *Et Teucri Telamonii baltheum aureum ajunt ostendi.*

Thias. Suidas, in Κινύρας.

Præter hos, sed sine nomine, rex Chytriorum memoratur, in Fragmen-

Fragmento Alexandri, libro De Cypro; apud Stephanum, in Χύτροι. Εὐρυνόην τὴν Χυτρίων βασιλεὺς ἔγημεν. *Eurynoën rex Chytriorum uxorem duxit.*

CAP. XVIII.

Fortuna ejus varia. A Belo direpta, & ſubacta. Ab Aprie Ægypti rege, infeſtata, ac direpta. Cepit eam etiam Amaſis, rex Ægypti, & tributariam primus fecit. Inde in Perſarum regis Cyri poteſtatem venit. Sub Dario, Hyſtaſpis filio, deficit, & recuperatur, & ab eo, diviſis in provincias regnis, in quintâ ponitur. In Perſarum poteſtatem quomodo venerit, & quis dederit. Occupatur ab Athenienſibus. Recuperatur ab Euagora: quo occiſo, vindicat Artaxerxes Ochus. Alexandro Magno, Tyrum obſidenti, ſeſe dedit: eóque mortuo, Ptolemæus, Lagi filius, eam in poteſtatem redegit: cui cùm Demetrius eripuiſſet, & Antigono, patri ſuo, tradidiſſet, iterum Ægypti reges extorſerunt: tenueruntque, dum Romani occuparent. Joannis Tzetzæ de adventu in hanc inſulam Lebunii, Ciliciſque, locus partim explicatus, partim etiam correctus. Ἀλυβίων. *Oracula duo Sibyllina, necdum impleta.*

Dixi reges, quotquot mihi obſervati: nunc fortunam ejus variam explicabo. Et quidem à Belo, Tyriorum rege, vaſtata fuit, & ſubacta, circa tempora belli Trojani. Ipſa Dido illud refert, apud Virgilium, Æneid. lib. I.

——— genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat.

Inde ſubſequuto tempore Apries eam, rex Ægypti qui Vaphres eſt Euſebio, aliiſque, atque regnum inchoavit, Olympiadis quadrageſimæ & quintæ anno quarto, infeſtavit; & abductis inde ſpoliis, domum rediit. Diodorus Siculus, lib. I. Ἐνίκησε δὲ καὶ (ὁ Ἀπρίης) ναυμαχίᾳ μεγάλῃ Φοίνικάς τε καὶ Κυπρίους. καὶ λαφύρων ἀθροίσας πλῆθος, ἐπανῆλθεν εἰς Αἴγυπτον. *Vicit verò etiam (Apries) ingenti pugnâ navali Phœnices, & Cyprios: &, coactâ prædâ plurimâ, in Ægyptum eſt reverſus.* Cui qui ſucceſſit, Amaſis; eam plane ſubjuga-

vit, & donariis permagnificis ejus templa exornavit. Diodorus, non multo poſt. κατεστρέψατο δὲ καὶ (ὁ Ἄμασις) τὰς ἐν Κύπρῳ πόλεις, καὶ πολλὰ τῶν ἱερῶν ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις. *Subegit (Amaſis) etiam Cypri urbes, & templa multa donariis memoratu dignis exornavit.* Ac primus ille tributariam eam fecit. Herodotus, extremo lib. II. Εἷλε δὲ (ὁ Ἄμασις) Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν. *Cepit verò (Amaſis) Cyprum primus hominum, atque tributariam fecit.* Et ex illo Euſtathius, ad Iliad. λ. ὅτι δὲ καὶ Ἄμασις πρῶτος ἀνθρώπων Κύπρον κατεστρέψατο εἰς φόρου ἀπαγωγὴν, Ἡρόδοτος ἱστορεῖ. *Quod verò Amaſis primus hominum tributariam fecerit Cyprum, tradit Herodotus.* Suidas. Ἄμασις, ὄνομα κύριον· ὃς εἷλε Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο ἐς φόρου ἀπαγωγήν. *Amaſis, nomen proprium: qui primus hominum Cyprum cepit, & coëgit tributum pendere.* Is autem regnare cœpit Olympiadis quinquageſimæ tertiæ anno primo; uti certum ex Euſebio, Chron. lib. II. Hinc in Cambyſis, Perſarum regis, qui regnum adiit Olymp. LXII. anno I. poteſtatem ſeſe dedit; & Ægypti quoque regem, nempe Amaſin eundem, infeſtis armis oppugnârunt. Herodotus ubi de Cambyſe agit, & hoc cum Ægyptiorum rege bello, lib. III. Δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι, ἐστρατεύοντο ἐπ' Αἴγυπτον. *Cum verò Cyprii ſe Perſis dedidiſſent, contra Ægyptum militabant.* Itaque & filius ejus Cyrus tenuit: uti nobis teſtis Xenophon, lib. I. καταβὰς δὲ (ὁ Κῦρος) ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων, καὶ Αἰγυπτίων, καὶ τοίνυν τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν. *Cùm ad mare verò deſcendiſſet, (Cyrus,) Cypriis, & Ægyptiis, & iſtis gentibus, imperavit.* Quia verò ultrò ſeſe dedidiſſent, ut apparet ex Herodoto, eam ob cauſam ſatrapas non imponebat; cùm id tamen cæteris provinciis faceret, quas vi ſibi ſubjeciſſet. Zonaras Annal. I. Κίλιξι δὲ, καὶ Κυπρίοις, καὶ Παφλαγόσιν, οὐκ ἔπεμψε σατράπας, ὅτι ἑκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι. *Cilicibus verò, Cypriis, & Paphlagonibus, ſatrapas non miſit, quod hi ſponte arma ſua conjunxiſſe viderentur.* Ac ſub Perſarum quidem rege fuiſſe, tradit etiam Scholiaſtes Thucydidis, lib. I. Ἐς Κύπρον. διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ὑπὸ βασιλέα. *In Cyprum. quia illa ſub Perſarum rege eſſet.* Sub Dario, Hyſtaſpis F. qui regnum adiit Olymp. LXIV. anno III. deficit, & recipitur inſequente: ut videre eſt apud Herodotum, lib. V. qui recupera-

tæ

tæ meminit etiam vj. in principio vj. Ac Darius ille ipſe, cùm divideret regna ſua in viginti provincias & tributum impoſuiſſet, Cyprum in quintâ collocavit: ut videre eſt apud eundem Herodotum, libro, quem citavi, v. Tradidit verò in Perſarum poteſtatem Phœnix quidam, ut memorat Iſocrates, in Euagora. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῆς πόλεως οἰκισθείσης, κατὰ μὲν ἀρχὰς, οἱ γεγονότες ἀπὸ Τεύκρου τὴν βασιλείαν εἶχον. χρόνῳ δ' ὕστερον ἀφικόμενος ἐκ Φοινίκης ἀνήρ τις φυγὰς, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλεύοντος τότε, καὶ δυναστείας μεγάλας λαβὼν, οὐ χάριν ἔσχε τούτων· ἀλλὰ κακὸς μὲν γενόμενος περὶ τὸν ὑποδεξάμενον, δεινὸς δὲ πρὸς τὸ πλεονεκτῆσαι, τὸν μὲν εὐεργέτην ἐξέβαλεν, αὐτὸς δὲ τὴν βασιλείαν κατέσχεν. ἀπιστῶν δὲ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ βουλόμενος ἀσφαλῶς καταθέσθαι τὰ περὶ αὐτὸν, τήν τε πόλιν ἐξεβαρβάρωσε, καὶ τὴν νῆσον ὅλην βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ κατεδούλωσεν. *Urbe autem ſic conditâ, regnum initio Teucri poſteri tenuerunt. Inſecutis verò temporibus, quidam, è Phœniciâ profugus, & ab eo, qui tunc regnabat, in fidem receptus, magnamque potentiam nactus, minimè gratiam pro his retulit. Sed & malè habuit eum, qui hoſpitio exceperat; &, ulterius ſpes extendens, benè de ſe meritum expulit, ac regnum ipſe occupavit. cùm verò rebus ſuis diffideret, & in tuto collocare illas vellet, barbaram effecit urbem, inſulamque magno regi totam in ſervitutem tradidit* Occupatur ab Athenienſibus, ope Lacedæmoniorum, Olymp. LXXV. anno IV. duce Pauſania, & Ariſtide. Diodorus Siculus, in ejus anni rebus geſtis, lib. XI. Λακεδαιμόνιοι δὲ Παυσανίαν, τὸν ἐν Πλαταιαῖς στρατηγήσαντα, καταστήσαντες ναύαρχον, προσέταξαν ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, ὅσαι βαρβαρικαῖς φυλακαῖς διέμενον ἔτι φρουρούμεναι. οὗτος δὲ, πεντήκοντα μὲν τριήρεις ἐκ Πελοποννήσου λαβὼν, τριάκοντα δὲ παρ' Ἀθηναίων μεταπεμψάμενος, ὧν Ἀριστείδης ἡγεῖτο, πρῶτον μὲν εἰς τὴν Κύπρον ἔπλευσε, καὶ τῶν πόλεων τὰς ἔτι φρουρὰς ἐχούσας Περσικὰς ἠλευθέρωσε. *Lacedæmonii verò Pauſaniam, qui ad Platæas imperaverat, Græciæ urbes, barbaricis adhuc præſidiis occupatas, liberare jubent. Hic igitur, quinquaginta triremibus ex Peloponneſo ductis, & accitis triginta ab Athenienſibus, quibus Ariſtides præerat, primò in Cyprum navigat atque urbes, quæ præſidiis adhuc Perſicis tenebantur, vindicat in libertatem.* Thucydides, qui hoc ipſum narrat, Pauſaniæ non quinquaginta, ſed viginti, naves tribuit, lib. I. Παυ-

σανίας γὰρ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακεδαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου. ξυνέπλεον γὰρ καὶ Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναυσὶ, καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλῆθος, καὶ ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον, καὶ αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο. *Pausanias autem Cleombroti filius, Lacedæmone dux Græcorum est emissus cum viginti navibus ex Peloponneso. Comitati verò & Athenienses triginta navibus, tum & alia sociorum multitudo: &, hostiliter Cyprum ingressi, multa ejus oppida in potestatem redegerunt.* Æmylius Probus, in Pausania. *Post id prælium, eundem Pausaniam cum classe communi Cyprum, atque Hellespontum, miserunt, ut ex his regionibus barbarorum præsidia depelleret.* Posteà Cimon maximam ejus partem capit: totam etiam capturus, nisi mors præoccupasset. Idem Probus, in ejus Vitâ. *Pòst neque ita multo in Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cùm ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio est mortuus.* Idque factum Olymp. LXXXII. anno III. ut est videre apud Diodorum, in ejus anni rebus gestis, lib. XII. Itaque Atticæ subjecta dicitur Scholiastæ Aristophanis, ad Equites κύπρος, νῆσος τῆς Ἀττικῆς. *Cyprus, insula Atticæ.* Quanquam autem maximâ subactâ parte, nunquam tamen universam subegerunt: idque dicit Aristides in Oratione Siculâ II Ἐνθυμεῖσθε δ', ὡς οὐδ' ἀπὸ τῶν ἐν Κύπρῳ ποτὲ νικῶν πολλῶν, καὶ μεγάλων, περιεγένετο ἡμῖν αὐτήν γε κτήσασθαι τὴν Κύπρον· ἀλλ', ἀφέντες αὐτὴν, ἀνεχωρήσαμεν. *Considerate verò, nunquam nos per multas in Cypro, magnasque victorias, Cyprum ipsam occupare potuisse: sed, relictâ eâ, discessisse.* Posteà recuperatur ab Euagora, Olymp. XCVII. anno II. Ut videre est apud Diodorum Siculum, in ejusdem anni rebus, lib. XIV. Isque iterum expellitur post quinquennium, Olympiad. insequutæ anno tertio. Vide eundem Diodorum, lib. XV. Denique, Artaxerxes Ochus, rex Persarum, redigit in potestatem, Olymp. CVII. anno II. uti tradit Diodorus, lib. XVI. Posteà, se Alexandro, Tyrum urbem obsidenti, submisere. Plutarchus, in ejus Vitâ. Κύπρον μὲν εὐθὺς οἱ βασιλεῖς ἧκον ἐγχειρίζοντες αὐτῷ. *Ac Cyprum quidem, venientes statim reges ei in manum tradidere.* Atque idem est videre apud Curtium, lib. IV, & Arrianum, lib. II. Idque factum Olymp. CXII. anno I. ut ex Diodoro constat, lib. XVII. Illo autem

tem vitâ functo, Ptolemæi, Ægypti reges, tenuerunt; Strabo, lib. XIV. Πρότερον μὲν οὖν κατὰ πόλεις ἐτυραννοῦντο οἱ Κύπριοι· ἀφ' οὗ δ' οἱ Πτολεμαῖοι βασιλεῖς κύριοι τῆς Αἰγύπτου κατέστησαν, εἰς ἐκείνους καὶ ἡ Κύπρος περιέστη. *Anteà quidem Cypri urbes, ſuis ſingulæ tyrannis paruerunt: ſed, à quo tempore Ptolemæi reges, Ægyptum poſſederunt, Cyprus quoque in eorum poteſtatem pervenit.* Primuſque habuit Ptolemæus, Lagi filius; ac deficientes poſteà Cypriorum nonnullos ad obſequium reduxit, Olymp. CXVII. anno I ut ex Diodoro clarum, in ejus anni rebus geſtis, lib. XIX. Idem tradit Euſebius, in eâdem Olympiade, Chron. lib. II. Κύπρου Πτολεμαῖος ἐκράτησε. *Cyprum Ptolemæus in poteſtatem redegit.* Hieronymus, in Danielem, cap. XI. *Ptolemæum indicat, filium Lagi, qui primus regnavit in Ægypto, & vir prudentiſſimus, fortiſſimuſque, ac ditiſſimus, fuit: & tantæ potentiæ, ut Pyrrhum, regem Epirotarum, expulſum reſtituerit in regnum, Cyprumque obtinuerit, & Phœnicem.* Huic tamen, prælio victo, mox eripuit Demetrius, Olympiadis centeſimæ decimæ octavæ anno ſecundo; ſicut fuſè traditur à Diodoro, lib XX. Strictim Pauſanias, in Atticis. Δημήτριος, πλεύσας ἐς Κύπρον, Μενέλαον, σατράπην Πτολεμαίου, ναυμαχίᾳ, καὶ αὖθις τὸν Πτολεμαῖον ἐπιδιαβάντα, ἐνίκησεν. *Demetrius claſſe in Cyprum profectus, Menelaum primum, Ptolemæi præfectum, navali prælio, inde ipſum Ptolemæum ſupervenientem, vicit.* Et Antigono patri tradidit. Seneca, De Beneficiis, lib. III. cap. xxxvij. *Vicit Antigoni filius: qui cum ingenti prælio ſuperaſſet hoſtem, præmium belli ad patrem tranſtulit, & imperium illi Cypri tradidit.* Videndus hâc de re Plutarchus, in Demetrio. Quod Antigonum verò attinet, ab hoc quoque oppugnatam, dicit Photius, in Excerptis Memnonis: ac jam anteà Pygmalion, regum quidam, clanculum cum eo agere per legatos dephrehenſus, nempe Olympiadis centeſimæ, & decimæ ſeptimæ, anno primo, à Ptolemæo eſt occiſus: teſte Diodoro Siculo, lib XIX. Sed non manſit in Macedonum poteſtate, ac recuperârunt eam Ptolemæi. Itaque in Ptolemæi Euergetæ I, ejus nepotis, monumento, à Leone Allatio in lucem edito, ſtatuæ ejus inter alia inſcriptum legitur. Παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Κύπρου, *Conſe-*

cutus à patre regnum Ægypti, & Libyæ, & Syriæ, & Phœnices, & Cypri. Benjaminus Tudelensis, in Itinerario suo, post excessum Alexandri etiam cepisse ait filios Edom: quod quo tempore factum fuerit, ignoratur. Verba ejus, ecce ista. *Multis post Alexandri mortem diebus, Græci Ægyptiorum jugo subditi erant. Filii Edom, biremibus, & navigiis magnis, instructâ classe, Ægyptias res imminuere cœperunt; & Cretam prius magnam, deinde Cyprum, insulas, adorti ceperunt.* Certè, adjuvantibus sæpè Romanis sub Ægyptiorum regibus mansit. Strabo, lib. XIV. ἀφ᾽ οὗ δ᾽ οἱ Πτολεμαῖοι βασιλεῖς κύριοι τῆς Αἰγύπτου κατέστησαν, εἰς ἐκείνους καὶ ἡ Κύπρος περιέστη, συμπραττόντων πολλάκις καὶ τῶν Ῥωμαίων. *Ex quo verò Ptolemæi reges Ægyptum obtinuerunt, Cyprus quoque in eorum potestatem venit, adjutantibus sæpe Romanis.* Donec ultimum, Cleopatræ patruum, Romani ejiciunt, insulamque universam in potestatem suam cogunt. Strabo, loco citato. Ἐπεὶ δ᾽ ὁ τελευταῖος ἄρξας Πτολεμαῖος, ἀδελφὸς τοῦ Κλεοπάτρας πατρὸς, τῆς καθ᾽ ἡμᾶς βασιλίσσης, ἔδοξε πλημμελής τε εἶναι, καὶ ἀχάριστος εἰς τοὺς εὐεργέτας, ἐκεῖνος μὲν κατελύθη, Ῥωμαῖοι δὲ κατέσχον τὴν νῆσον, καὶ γέγονε στρατηγικὴ ἐπαρχία καθ᾽ αὑτήν. *Cùm autem ultimus rex Ptolemæus, patruus Cleopatræ, quæ nostrâ ætate regnum gessit, videretur iniquè agere, & ingratus erga benè meritos esse, ille quidem dejectus est, Romani verò insulam occupaverunt, & provinciam prætoriam effecerunt.* Non capio, quæ Joannes Tzetzes, de Lebunii adventu in hanc insulam, ex oraculo quodam Sibyllino dicit, Var. Hist. Chil. VII. cap. cxliij pag. 383. Neque illud, quod de Cilicis adventu, in sequentibus statim versibus,

Περὶ δὲ τοῦ Κίλικος, &c.

Versus illi duo Sibyllæ, exstant hodiè inter Oracula Sibyllina, lib. IV. pag. 292. ac citantur à Strabone, pag. 53 & 536. Apparet autem, Cilicem, quem dicit Tzetzes, Pyramum, Ciliciæ flumen, designare: per quod ait, alluvionem etiam Cypro accessuram atque sic interpretatur etiam Strabo, pag. 536. Verùm, de Lebunio, non me, aut Tzetzen, explicare satis possum. quia autem de alluvione ait, pro ὁ Λεβούνιος, legendum arbitror, ἀλουβίων τις, *alluvio quædam.* Nam posterioris ævi Jureconsultis Græcis Ἀλουβίων dicebatur, quæ *Alluvio* Latinis Glossæ Basilicorum. Ἀλουβίονα, προσκλυ-

περίκλυσιν. Iterum. Ἀλλουβίων, ἡ περίκλυσις, ἢ πρόσχωσις τοῦ ποταμοῦ. Mihi quidem ſic videtur: ſi quis meliùs divinaverit, eum non invitus ſequar. Sed Sibyllæ vaticinium, de alluvione iſtâ, necdum impletum: uti nec de inundatione alterum, quod refertur Oraculorum lib. IV. pag. 295. Et lib. VII. pag. 348.

CAP. XIX.

Redacta eſt in poteſtatem Romanorum, ob neglectam liberationem Clodii, à piratis Cilicum capti; ſive, ut veriùs alii tradunt, propter ejus inſulæ opes, & Romani populi inopiam. Miſſus autem in rem iſtam Marcus Cato; comite expeditionis Minatio Rufo, qui in ſcripta eam retulit. Cato verò, dum omnia vendit, ſtatuæ Zenonis parcit. Facta autem eſt inſula prætoria: miſſuſque eò quæſtor fuit, jure prætorio; primuſque, Cajus Sextilius Rufus.

Ac ſic tandem in Romanorum poteſtatem Cyprus venit; cauſâ, quam in genere exponit Strabo in citatis antè verbis: & mox ſpecialem addit, ob neglectum Claudium Pulcrum, cùm in piratas Cilices incidiſſet. Μάλιστα δ' αἴτιος τοῦ ὀλέθρου κατέστη τῷ βασιλεῖ Πόπλιος Κλαύδιος Πούλχερ. ἐμπεσὼν γὰρ εἰς τὰ ληστήρια τῶν Κιλίκων, ἀκμαζόντων τότε, λύτρον αἰτούμενος, ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ δεόμενος πέμψαι, καὶ ῥύσασθαι αὐτόν. ὁ δ' ἔπεμψε μὲν, μικρὸν δὲ τελέως· ὥστε καὶ τοὺς λῃστὰς αἰδεσθῆναι λαβεῖν, ἀλλὰ ἀναπέμψαι πάλιν, τὸν δ' ἄνευ λύτρων ἀπολῦσαι. Σωθεὶς δ' ἐκεῖνος, ἀπεμνημόνευσεν ἀμφοτέροις τὴν χάριν. καὶ γενόμενος δήμαρχος, ἴσχυσε τοσοῦτον, ὥστε ἐπέμφθη Μάρκος Κάτων, ἀφαιρησόμενος τὴν ἀρχὴν τῆς Κύπρου τὸν κατέχοντα. *Maxima autem perniciei cauſa regi fuit Publius Claudius Pulcher. is enim, cùm in piratas Cilicas, qui tum florebant, incidiſſet, atque pretium redimendi poſceretur, miſit ad regem, petens, ut ſe liberaret. atque ille miſit quidem, ſed exiguum omninò, ut piratas quoque puderet id accipere. itaque id remittebant, illum verò ſine pretio dimittebant. qui cùm domum incolumis reverſus eſſet, referendæ utriſque gratiæ memor fuit: ac, tribunus plebis factus, tantùm valuit, ut Marcus*

Cato

Cato mitteretur, ut adimeret principatum Cypri possidenti. Meminit etiam Dion Cassius, lib. XXXVIII, & XXXIX. Breviter, & ut in Epitome, Xiphilinus. Καὶ ἡ Κύπρος ἡ νῆσος, τῆς Πτολεμαίου ἀρχῆς οὖσα, τότε πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐγένετο δυναστείαν. *Cyprus insula, quæ tum suberat principatui Ptolemæi, in Romani populi tum primùm potestatem venit.* Factum autem id Olymp. CLXXIX. anno I: id est, anno urbis conditæ Iɔcxcvi. Ac vindictam contumeliæ privatæ Clodius quidem prætexebat, sed reverâ, admodum egenus tunc, Romanus populus, Cypri opibus inhiabat. Sextus Rufus, in Breviario. *Cyprus, famosa divitiis, paupertatem populi Romani, ut occuparetur, sollicitavit. Eam rex fœderatus Ptolemæus regebat: sed tanta fuit penuria ærarii Romani, & tam ingens fama opum Cypriarum, ut, lege latâ, per Publium Clodium, tribunum plebis, Cyprus confiscari juberetur. Quo accepto nuntio, rex Cyprius venenum sumpsit, quo vitam priùs, quàm divitias, amitteret. Cato Cyprias opes Romam navibus advexit: ita ut jus ejus insulæ avariùs magis, quàm justiùs, simus adsequuti.* Vellius, nec vindictam Clodii, neque populi Romani avaritiam, nobis memorat, lib. II. *De Cypro devictâ, nullis assignanda gloria est. quippe senatusconsulto, ministeriò Catonis, regis morte, quam ille conscientiâ acciverat, facta provincia est.* Sed Florus non tacet, lib. III. cap. ix. *Aderat fatum insularum. Igitur & Cyprus recepta sine bello. Insulam, veteribus divitiis abundantem, & ob hoc Veneri sacram, Ptolemæus regebat. & divitiarum tanta fama erat, nec falso, ut victor gentium populus, & donare regna consuetus, P. Clodio, tribuno plebis, duce, socii vivique regis confiscationem mandaverit. Et ille quidem, ad rei famam, veneno fata præcepit: cæterum Porcius Cato Cyprias opes Liburnis per Tiberinum ostium invexit. quæ res latius populi Romani ærarium, quàm ullus triumphus, implevit.* Itaque ad redigendam in potestatem missus Cato: ut tradit Strabo, extremo lib. XIV; Velleius, lib. II; Plutarchus, in Catone Minore; Florus, lib. III. cap. ix. Cicero, ad Familiares, lib. XV. epist. iv. Valerius Maximus, lib. IV. cap. iij. Jornandes, De Regn. Successf. Indicatque paucis verbis id Lucanus, lib. III.

Victo-

Victorique dedit Minoïa Creta Metello,
Quod Cato longinquâ vexit super æquora Cypro.

Et Seneca, in Consolatione ad Marciam. *Marcum Catonem, si à Cypro, & hæreditatis regiæ dispensatione, redeuntem mare devorasset, vel cum illâ pecuniâ, quam afferebat civili bello stipendium, nonne illo benè actum foret?* In hâc expeditione comes Catoni Minatius Rufus fuit, qui descripsit. Valerius Maximus, de hâc agens, lib. IV. cap. iij. *Atque id Minatius Rufus, Cypriacæ expeditionis fidus comes, scriptis suis significat.* Dum verò in vendendis opibus Cypriis occupatur Cato, statuæ Zenonis parcit, ceu philosophi philosophus. Plinius, lib. XXXIV. cap. viij. *Non ære captus, nec arte, unam solummodò Zenonis statuam Cypriâ in expeditione non vendidit Cato, sed quia Philosophi erat.* In hunc modum autem subjugata Cyprus, facta est provincia prætoria. Strabo, de re istâ loquens. Καὶ γέγονε στρατηγικὴ ἐπαρχία. *Et facta est provincia prætoria.* Et paulo pòst. Ἐξ ἐκείνου δ' ἐγένετο ἐπαρχία ἡ νῆσος, καθάπερ καὶ νῦν ἐστι, στρατηγική. *Ex eo verò insula hæc, ut est nunc etiam, facta est provincia prætoria.* Et in fine XVII, inter decem prætorias, nonam dicit. Missus itaque quæstor illuc jure prætorio. Vellejus, lib. II. *Publius Clodius in senatu, sub honorificentissimo ministerii titulo, Marcum Catonem à republicâ relegavit. quippe legem tulit, ut is quæstorius cum jure prætorio, adjecto etiam quæstore, mitteretur in insulam Cyprum, ad spoliandum regno Ptolemæum, omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum.* Aurelius Victor, de Viris Illustr. in Catone prætorio. *Quæstor in Cyprum missus, ad vehendam ex Ptolemæi hereditate pecuniam, cum summâ eam fide perduxit.* Lucanus, lib VIII.

E latebris pavidus decurrit ad æquora Cordus.
Quæstor ab Idalio Cinyréæ littore Cypri
Infaustus Magni fuerat comes. ———

Julianus Antecessor, De quæstoribus, sive præfectis insularum, Nov. XXXVIII. *Subjecit autem ei & quinque provincias; id est, Scythiam, & Mæsiam, & Cariam, & omnes Cycladas insulas, & Cyprum totam.* Inscriptiones quædam antiquæ, Operis Gruteriani, paggg. ccccxij. cccclxvij. ccccxcij.

Q. PROVINC. CYPRI.

Id est: *Quæstor provinciæ C.*

Inde prætor apud Appianum dicitur, De bell. civil. lib. V. Καὶ Σεραπίωνα, τὸν ἐν Κύπρῳ στρατηγὸν, αὐτῆς, συμμαχήσαντα Κασσίῳ, Τυρίων ὄντα ἱκέτην, ἐκέλευσε σφίσι Τυρίους ἐκδοῦναι τῇ Κλεοπάτρᾳ. *Et Serapionem, ejus in Cypro prætorem, quod suppetias Cassio tulisset, Tyriis supplicem, Tyrios dedere Cleopatræ jussit.* Ac primus quidem missus illuc quæstor fuit C. Sextilius Rufus. Cicero, ad Famil. lib. XIII. epist. xlviij. Quæ ad illum est. *Omnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodâris, erunt mihi gratissima. Eoque facio libentiùs, ut eos tibi commendem, quod & tuæ laudi, cujus ego fautor sum, conducere arbitror, cùm primus in eam insulam quæstor veneris, ea te instituere, quæ sequantur alii.*

CAP. XX.

Julius Cæsar, eam donat Arsinoæ, & Ptolemæo juniori; Antonius etiam; qui deinde, illâ occisâ, in Cleopatram transfertur. Arsinoæ in illâ prætor, ab Antonio cum hâc ipsâ interfectus. Augustus, donatione rescissâ, populo donat: ex quo tempore mitti huc proconsul cœpit. Terræ motu variè concutitur, atque urbes multas perdit.

Cùm sic Cyprus in Romanorum potestatem pervenisset, Julius Cæsar, rerum potitus, ut Ægyptum Ptolemæo seniori, & Cleopatræ, ita eam Arsinoæ, & Ptolemæo juniori, est largitus. Dion Cassius, lib. XLII. Καὶ τῇ Ἀρσινόῃ, τῷ τε Πτολεμαίῳ τῷ νεωτέρῳ, τοῖς ἀδελφοῖς σφῶν, τὴν Κύπρον (ὁ Καῖσαρ) ἐχαρίσατο. *Et Arsinoæ, ac Ptolemæo juniori, eorum germanis, Cyprum (Cæsar) dedit.* Eo mox è vivis sublato, donavit etiam Antonius eidem: & post illam, ut videtur, interfectam, sorori Cleopatræ, quam impensè adamabat. Strabo, lib. XIV. Μετ᾽ ὀλίγον δὲ χρόνον τὸν μεταξὺ Ἀντώνιος Κλεοπάτρᾳ, καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτῆς Ἀρσινόῃ, (τὴν Κύπρον) παρέδωκε. *Exiguo interjecto tempore, Antonius Cleopatræ, & sorori ejus Arsinoæ, (Cyprum) tradidit.* Itaque prætorem quoque, velut in prætoriâ provinciâ, illic habuit Arsinoë: quem Antonius, uti & Arsi-

Arſinoën ipſam, in Cleopatræ ſuæ gratiam, interfecit. Clarè dicet Appianus, Bell. Civil. lib. V. Εὐθὺς οὖν Ἀντωνίῳ μὲν ἡ περὶ ἅπαντα τέως ἐπιμέλεια ἀθρόα ἠμβλύνετο· Κλεοπάτρα δ' ὅ, τι προστάξειεν, ἐγίνετο, οὐ διακριδὸν ἔτι περὶ τῶν ὁσίων ἢ δικαίων· ἐπεὶ καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἀρσινόην, ἱκέτιν οὖσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρύνης Ἀρτέμιδος, πέμψας ὁ Ἀντώνιος ἀνεῖλε· καὶ Σεραπίωνα, τὸν ἐν Κύπρῳ στρατηγὸν αὐτῆς, συμμαχήσαντα Κασσίῳ, Τυρίων ὄντα ἱκέτην, ἐκέλευσε τοὺς Τυρίους ἐκδοῦναι τῇ Κλεοπάτρᾳ. *Mox verò Antonio remittebatur viri circa res omnes induſtria; quicquid verò imperabat Cleopatra, id fiebat, nullo jam reſpectu juris aut divini, aut humani: quandoquidem & Arſinoën, ſororem ejus Mileti in templo Dianæ Leucophrynes ſupplicem, Antonius miſſis percuſſoribus ſuſtulit: & Serapionem, ejus in Cypro prætorem, quia Caſſium adjuviſſet, Tyri ſupplicem, Tyrios juſſit Cleopatræ dedere.* Cleopatræ verò donatam ab Antonio Cyprum, tradit etiam Plutarchus, in ejus Vitâ. Sed Auguſtus, ſublato è medio Antonio, reſcidit donationem, atque ſibi vindicavit: ac deinde populo Romano reddidit; ita ut proconſul illuc, pro prætore, aut prætorio cum jure quæſtore, mitteretur. Dion Caſſius, lib. LIV. Τότε δ' οὖν καὶ τὴν Κύπρον, καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν, ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ὡς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένας· καὶ οὕτως ἀνθύπατοι καὶ εἰς ἐκεῖνα τὰ ἔθνη πέμπεσθαι ἤρξαντο. *Eo tempore Cyprum, ac Galliam Narbonenſem, quia nihil armis ſuis indigerent, populo dedit: atque ita proconſules quoque ad iſtas gentes mitti cœperunt.* Inſcriptio Vetus Gruteriana, p. ccclx. PROCONSULE PROVINCIAM CYPRUM OBTINUIT. Itaque & proconſulis mentio ſub Tiberii imperio, apud D. Lucam, Act. cap. xiij. Ἐκεῖθεν τ' ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον. καὶ γενόμενοι ἐν Σαλαμῖνι, κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν Ἰουδαίων. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. διελθόντες δὲ τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου, εὗρόν τινα μάγον ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον, ᾧ ὄνομα Βαριησοῦς· ὃς ἦν σὺν τῷ ἀνθυπάτῳ, Σεργίῳ Παύλῳ, ἀνδρὶ συνετῷ. *Et illinc abnavigârunt Cyprum. Quumque deveniſſent Salamina, annuntiârunt ſermonem dei in ſynagogis Judæorum: habebant autem & Joannem miniſtrum. Et peragratâ inſulâ Paphum uſque, invenerunt quendam magum pſeudoprophetam Judæum, cui nomen Barieſus: qui erat cum proconſule, Sergio Paulo, viro prudente.* Sub eodem illo Auguſto,

graves terræ motus paſſa eſt; plurimæque civitates eo ipſo perierunt. Euſebius, in XXVII illius anno. *In Cypro plurimæ civitatum partes terræ motu conciderunt.* Quæ totidem verbis tranſcripſere Abbas Urſpergenſis, & Marianus Scotus. Et Paphum, anteà collapſam, inſtauraverat Auguſtus: ſicut dixi, cùm de illâ urbe agerem, lib. I. cap. xviij. Quin & plures eam variè infeſtârunt. Seneca, de hâc re agens, Epiſt. XCI. *Cyprum quoties vaſtavit hæc clades?* Et Nat. Quæſt. lib. VI. cap. xxvj. *Cyprum ambit altum mare, & agitatur.* Gregorius Nyſſenus, contra fatum. καὶ τί χρὴ καθ' ἕκαστον Κυπρίους, καὶ Πισίδας, καὶ Ἀχαιούς· ἐν οἷς πολλὰ τῶν λεγομένων ἐστὶ τεκμήρια. ἀλλ' οὗ χάριν τῶν εἰρημένων ἐμνήσθημεν, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα, γῆς ἐστι πάθη. *Quid ſigillatim dicere opus eſt Cyprios & Piſidas, & Achivos: apud quos harum rerum multa ſunt indicia. verùm, cujus gratiâ mentionem earum fecimus, id dicam, omnia talia, terræ eſſe affectiones.* Loquitur autem de terræ motibus. Meminere etiam Sibyllina Oracula, lib. III. & IV. Ac rurſum alio terræ motu concutitur, Veſpaſiani anno IX. cùm tres urbes conciderunt. Euſebius, Hieronymo interprete, nam in Græco ea textu interciderunt, Chron. lib. II. *Tres civitates Cypri terræ motu ceciderunt.* Paulus Diaconus, Hiſt. Miſc. lib. IX. *Nono autem anno imperii ejus, (Veſpaſiani,) tres civitates Cypri terræ motu corruerunt.* Hermannus Contractus, in eodem ejus anno. *Terræ motus tres civitates Cypri ſubvertit.* Vide etiam Marianum Scotum, Chron. lib. II. æt. vj. Othonem Friſingenſem, lib. III. cap. xix.

CAP. XXI.

Tito imperante, mons exardens, ingens detrimentum dedit. Sub Trajano, à Judæis peſſimè exagitata eſt: Antiochiæ ſuberat, & ab ejus duce prætorem accipiebat. Conſtantinus Magnus primo prætorii præfecto eam ſubjecit: ac ſub eo, Calocerus occupavit. Sub Conſtante, invaſit Mabias; ſub Heraclio, Abubachar: & in hâc re error Conſtantini Porphyrogenetæ indicatus. Juſtinianus Rhinotmetus, ejus tributum cum Abimelecho diviſit: poſteaque Cyprios, migrare juſſos, graviter afflixit. Sub Conſtantino

Copronymo, Ubalid eos in Syriam transfert: & Aaron, sub Nicephoro Generali, itidem vastat. Basilius Macedo, recuperat; redigitque in formam thematis: moxque iterum amittit. Erat autem sub consulari, comiteque orientis. A Nicephoro Phoca recuperatur.

Anno Titi primo, mons quidam, incendio ejecto, vicinis agris, urbibusque, ingens detrimentum dedit. Marianus Scotus, in Titi rebus. Chron. lib. II. æt. vj. *Mons Cypri, ruptus in vertice, tantum ex se jecit incendium, ut regiones vicinas, & urbes, cum hominibus exureret.* Sub finem Trajani, à Judæis pessimè habita est; & occisi ad ducenta quadraginta millia tunc Cypriorum: quâ de causâ posteà prohibiti insula: ac, si tempestate acti appellerent, occidebantur. Xiphilinus, in ejus Imperatoris rebus. Πολλὰ ἔδρασαν (οἱ Ἰουδαῖοι) ὅμοια καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ, ἡγουμένου σφίσιν Ἀρτεμίωνος· καὶ ἀπώλοντο καὶ ἐκεῖ μυριάδες τέσσαρες καὶ εἴκοσι. καὶ διὰ τοῦτ' οὐδενὶ Ἰουδαίῳ ἐπιβῆναι αὐτῆς ἔξεστιν, ἀλλὰ κἂν ἀνέμῳ τις βιασθεὶς εἰς τὴν νῆσον ἐμπέσῃ, θανατοῦται. *Multa perpetrabant (Judæi) similia etiam in Cypro, duce Artemione: ac periere illic ducenta quadraginta millia. Ideoque nulli Judæo in Cyprum venire licet: ac, si tempestate actus quis appellat, interficitur.* Sanè Salamis tunc excisa: ut ostendi, cùm de eâ urbe agerem, lib. I. cap. xxij. Antiochiæ duci suberat; isque prætorem huc mittebat, qui præesset. Balsamon, in Synodi Ephesinæ Can. VIII. Πρὸ τοῦ ἀποξενωθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, δοὺξ ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπέμπετο, καὶ οὗτος στρατηγὸν εἰς Κύπρον ἀπέστελλεν, ὡς ὑποκειμένην τῇ Ἀντιοχείᾳ. *Antequam Romanorum Imperium à magnâ Antiochiâ alienatum esset, dux in eam ab Imperatore mittebatur: & is prætorem mittebat in Cyprum, tanquam Antiochiæ subjectam.* Constantinus Magnus, constitutis quatuor prætorii præfectis, cùm iisdem suas cuique regiones assignaret, primo Cyprum demandavit; ut videre est apud Zosimum, lib. II. & Anonymum, in Notitiâ Imperii, cap. I. Sicut autem sub Trajano invasere Judæi, ita sub hoc Constantino Calocerus. Aurelius Victor, in rebus ejus *Quorum cùm natu grandior, incertum quâ causâ, patris judicio occidisset, repentè Calocerus, magister pecoris camelorum, Cyprum insulam specie regni demens capessiverat.*

rat. Cedrenus, in Constantini anno XXIX. Καλόκαιρος δ', ἐν Κύπρῳ τυραννήσας, ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ὑπὸ Δαλματίου ζῶν κατεκαίετο. *Calocærus, qui in Cypro tyrannum egerat, Tarsi in Cilicia à Dalmatio vivus exuritur.* Inde sub Constante, anno ejus septimo, invasit Mauhias, sive Mabius, ac totam vastavit. Paulus Diaconus Hist. Misc. lib. XIX. *Anno septimo imperii Constantis, exercitum movit Mauhias per mare adversus Cyprum. Habebat autem scaphas mille septingentas; & cepit Constantiam, cum insulâ totâ: cùm verò hanc cepisset, exterminavit.* Constantinus, De Administr Imp. cap. XX. Τούτου στρατηγὸς χρηματίζει Μαβίας· ὁ παραλύσας τὸν κολοσσὸν Ῥόδου, καὶ πορθήσας Κύπρον τὴν νῆσον, καὶ πάσας τὰς πόλεις αὐτῆς. *Ejus militiæ præfectus celebratur Mabias: qui colossum Rhodi demolitus est, & Cyprum insulam, ejusque urbes universas, devastavit.* Sub Heraclio, occupavit Abubachar, cujus filiæ etiam sepulcrum ibi commonstratur. Constantinus Them. Orient. cap. XV. Τοῦ χρόνου δὲ παραδραμόντος, καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὅπλων κακωθέντων ἐξ ἀμελείας, ἐκράτησαν αὐτῆς οἱ Σαρακηνοὶ, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου· καὶ πρῶτος ἐν αὐτῇ διαπεράσας Ἀβουβάχαρος, οὗ καὶ τῆς θυγατρὸς τάφος ἐν αὐτῇ φαίνεται, ταύτης ἐκράτησεν. *Lapsu verò temporis, enervatis per negligentiam armis Romanorum, in Saracenorum potestatem venit, sub Heraclio imperatore. Ac primus quidem Abubacharus, cujus etiam filiæ sepulcrum ibi demonstratur, cùm in eam trajecisset, in potestatem suam redegit.* Sed in eo illic fallitur, quod Abubacharum dicat primum eam occupasse; cùm, Mabiam multo antè id fecisse, jam ostenderim: & ipse quoque id testetur, in citatis verbis. Justinianus Rhinotmetus, sub initium principatus, pace initâ cum Abimelecho Arabe, dimidium tributi ejus huic concessit. Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. XIX. *Hoc anno mittit Abimelech ad Justinianum confirmare pacem: & convenit inter eos hujuscemodi pax, ut scilicet deponeret Imperator Mardaitarum agmen, à Libano, & prohiberet excursiones eorum: & Abimelech Romanis tribueret per singulos dies numismata mille, & equum, & servum: & ut haberent commune per æqualitatem tributa Cypri, Armeniæ, ac Iberiæ.* Sed ejusdem anno sexto, cùm is, ruptâ cum Abimelecho pace, emigrare Cyprios vellet, atque ipsi id niterentur, miserè pars

magna

magna periit. Idem Paulus, non multo pòst. *Anno sexto imperii sui Justinianus pacem, quam ad Abimelech habuit, ex amentiâ, dissolvit. etenim Cypriorum insulæ populum irrationabiliter voluit transmigrare. Multitudo verò Cypriorum, dum transmeare niteretur, submersa est, & ex languore peribat: reliqui verò, in Cyprum reversi sunt.* Sub Constantino Copronymo, anno ejus secundo, Vhalid, Arabum princeps, eos in Syriam transtulit. Paulus Diaconus, in ejus rebus, Hist. Misc. lib. XXII. *Eodem anno, (secundo) Vhalid Cyprios in Syriam transtulit.* Imperante Nicephoro Generali, anno ejus quarto, Aaron, dux Arabum, itidem vastat. Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. XXIV. *Anno quarto imperii Nicephori Aaron misit iterum, & Thebasan recepit; missoque stolo in Cyprum, ecclesias destruxit, Cyprios emigravit: &, multo excidio facto, pacem dissolvit.* Basilius Macedo recepit, & in thematis formam redegit, tenuitque annos septem: post quos rursum Saraceni invasere. Idem ille Constantinus, in eodem isto Themate. Ὁ γὰρ ἀοίδιμος καὶ περιώνυμος ἐν βασιλεῦσιν, ὁ ἐμὸς πάππος, Βασίλειος, εἰς θέματος τάξιν ταύτην κατέστησε. καὶ διεπέρασεν ἐν αὐτῇ Ἀλέξιον, στρατηγὸν ἐκεῖνον τὸν περιβόητον, τὸ γένος Ἀρμένιον· ὃς καὶ ἐπεκράτησεν αὐτῆς χρόνους ἑπτά. πάλιν γὰρ ἀφῃρέθη ὑπὸ τῶν Σαρακηνῶν· καὶ ταύτην φορολογοῦσιν, ὥσπερ τὸ πρότερον. *Celeberrimus verò, & decantatissimus inter Imperatores, avus meus, Basilius, in thematis redegit formam. misitque in eam Alexium, celebrem illum militiæ ducem, genere Armenium: isque eam tenuit, per annos septem. Rursum verò erepta est à Saracenis: quibus & tributum pendit, sicut anteà.* Præerat verò, ut hoc quoque per occasionem dicam, cùm Romani Imperatores possiderent, posterioribus temporibus, consularis: ut videre est ibidem apud Constantinum eundem, themate citato; & in Notitiâ Imperii, cap I. Etiam sub dispositione comitis Orientis memoratur in Notitiâ eâdem, cap. civ. Nicephorus Phocas, recuperavit. Zonaras, in ejus rebus, Annal. III. Καὶ τὴν Κύπρον γὰρ, παρὰ Ἀγαρηνῶν κατεχομένην, δι' αὐτοῦ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ προσεκτήσατο. *Etiam Cyprum, ab Agarenis occupatam, per ipsum Romanum imperium acquisivit.* Joannes Curopalates, in Comp. Hist. *Omnem etiam insulam Cyprum in Romanorum potestatem redegit, inde expulsis Agarenis per Nicephorum patricium, & prætorem Chalcuzzem.*

CAP. XXII.

Sub Constantino Monomacho, deficit, duce Theophilo Erotico, & recipitur. Sub Alexio Comneno, turbat Caryces, sed reprimitur. Sub Isacio Angelo, vexat graviter Isacius Comnenus, qui compescitur à Richardo, Angliæ rege: atque is Guidoni Lusiniano donat, Hierosolymorum regi. In hujus dum familiâ manet, capitur à Sultano Ægypti rex, & libertati redditur ita, ut tributarius esset. Tandem in Venetorum venit potestatem, quibus Turcæ denique eripuere.

A Nicephori Phocæ tempore, sub Romano imperio mansit usque ad Constantinum Monomachum: sub eo verò, & defecit, duce Theophilo Erotico, & recepta est sine morâ. Zonaras, in ejus rebus, Annal. III. Ἄλλη δ' αὖθις ἐκεκίνητο τυραννὶς, ἧς ἦν ἐργάτης Θεόφιλος ὁ Ἐρωτικός· ὃς τὰ κατὰ τὸν δεύτερον Μιχαὴλ, τὸν τοῦ πρώτου ἀδελφιδοῦν, μαθὼν, καὶ ὡς γυναιξὶν ἡ βασιλεία πεπίστευται, τοὺς Κυπρίους ὑπελθὼν, (τούτων γὰρ ἔτυχεν ἄρχων τότε,) ἀποστασίᾳ ἐπιχειρεῖ. οὐ μέντοι τριβῆς τῷ Μονομάχῳ ἐδέησε πρὸς τὴν τούτου καθαίρεσιν. στόλον γὰρ στείλας, δι' αὐτοῦ τὸν Ἐρωτικὸν ἐχειρώσατο, καὶ τὴν νῆσον ῥᾷον εἰς δουλείαν ὑπηγάγετο. *Verùm alia tyrannis est exorta, cujus auctor Theophilus Eroticus. Is, cùm secundi Michaëlis, qui primi nepos erat, exitum, & mulieribus creditum Imperium cognovisset, Cypriis, quibus tum præfectus erat, arte sibi conciliatis, deficit. Sed Monomacho, ad tollendum è medio eum, nullâ morâ opus fuit: quippe cùm misisset classem, hâc Eroticum superavit, faciléque insulam in potestatem redegit.* Posteà turbata sub Alexio Comneno à Caryce. Michaël Glycas, sive is est Theodorus Metochites, Hist. lib. IV. Τότε καὶ ἡ Κύπρος, σὺν αὐτῇ τε Κρήτῃ, ἀποστασίαν μὲν ἐνόησαν· διὰ τάχους δὲ, τῇ βασιλευούσῃ ἐπανασώζονται· ἐν τῇ μὲν τῇ Κύπρῳ τοῦ Καρύκη, ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ τοῦ Ῥαψομμάτη ἀντάραντος. *Tunc & Cyprus, & Creta, defectionem quidem cogitârunt, sed celeriter urbi Imperanti conservatæ sunt: cùm in Cypro quidem se Caryces, in Cretâ verò se Rhapsommates opponeret.* Sub Isacio Angelo, tyrannidem in eâ exercet Isacius Comnenus, Nicetas Choniates in Isacii Angeli rebus, lib. I. Εἷς τῶν ἐκ Κομνηνῶν

Ἰσαα-

Ἰσαακίου καταςτυραννοῦντος τοῦ Κύπρου, καὶ μήτε χρημάτων ὑποσχέσεσιν ἀποσχέσθαι ταύτης πειθομένου, μήθ' ὑποκλινομένου τῷ βασιλεῖ, ὅτι μὴν τὰ δεινὰ μετεργάζοντος, ὅσα ἐκακούργει κατὰ Κυπρίων, ἀεὶ καινοτέρας κολάσεις ἐπινοῶν, ἔγνω κατ' αὐτοῦ στόλον καταρτύσειν ὁ βασιλεύς. *Isacio Comneno Cyprum adhuc tyrannicè tenente, à quâ neque pecuniæ pollicitationibus, neque Imperatoris reverentiâ abstrahebatur, neque de crudelitate in Cyprios quicquam remittente, sed subinde novas pœnas excogitante, classem contra eum mittere Imperator statuebat.* Sed conatus frustra erat, ut apparet ex sequentibus apud hunc Nicetam verbis: quæ, qui volet, illic videat. Quod verò præstare Angelus Imperator non valebat, mox rex Angliæ effecit: isque, Cypro occupatâ, conjicit in vincula primùm hunc tyrannum, inde pro mancipio donat cuidam suo populari: moxque insulam regi Hierosolymorum liberaliter largitur. Idem Nicetas, in ejusdem Angeli gestis, extremo lib. II. ὁ δέ γε τῶν Ἰγγλίνων ῥὴξ ἐν τῇ ἀναγωγῇ καταίρας εἰς Κύπρον, αὐτῆς τε ἐκράτησε, καὶ τὸν ταύτης τύραννον, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἀπάνθρωπον καὶ δυσμείλικτον ὀλοθρευτὴν, Ἰσαάκιον τὸν Κομνηνὸν, συλλαβὼν, τὰ μὲν πρῶτα εἶχεν ἐν δεσμοῖς, μικρῷ δ' ὕστερον ἐκεῖθεν ἐκτοπίσας τὸν ἀλιτήριον, ὅσα καὶ ἀνδράποδον τινὶ τῶν ὁμογλώττων ἀπεχαρίσατο. καὶ αὐτὸς μὲν, εἰς Παλαιστίνην κατέπλευσεν· ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ καταλείψας στράτευμα, ὡς οἰκείας ἤδη τῆς νήσου ἀντεποιεῖτο. καὶ στέλλων εἰς τὴν νῆσον νῆας φορταγωγοὺς, τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐκεῖθεν ἐφορολόγει. ἐν δὲ τῷ μεθίστασθαι τῆς Παλαιστίνης, ὡς σφετέραν ἐδωρήσατο χώραν τὴν Κύπρον τῷ τῶν Ἱεροσολύμων ἡγήτορι ῥηγὶ, ἵνα τὰς οἰκείας ποιοῖτο διατριβὰς ἐκεῖσε, ἐκεχειρίαν ἄγων ἐκ τῶν πολέμων, οἷα τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀποβαλόμενος, καὶ κατάρχῃ τῶν Κυπρίων, ὡς ὑπ' ἐκείνου τῷ κυριακῷ προσκληρωθείσης μνήματι, καὶ συναφθείσης τοῖς τῆς Παλαιστίνης ὁρίσμασι. *Cæterùm Anglorum rex in illo itinere Cyprum occupavit, ejusque tyrannum, ac potius inhumanum, & implacabilem, perditorem, Isaacium Comnenum, principiò in vincula conjecit, & paulo pòst hominem nefarium inde abductum cuidam suo populari pro mancipio donavit. Sed, cùm in Palæstinam navigaret, relicto in Cypro præsidio, insulam sibi velut propriam vindicavit: navibusque onerariis eò missis, necessaria inde afferenda curabat. Cùm verò ex Palæstinâ discederet, Cyprum, tanquam suam regionem Hierosolymorum regi donavit; ut, qui regnum ipse suum amisisset, ibi*

sedem suam figeret, inducias à bellis habens: tum & Cypro imperaret, ut sepulcro à se dominico attributæ, & annexæ finibus terræ Palæstinæ. Erat autem ist rex Richardus I. Matthæus Westmonasteriensis, in rebus anni cIↃ CXCI. *Rex Richardus Cyprum sibi subjugavit.* Robertus de Monte, in Appendice Sigeberti. *Rex autem Richardus, vir insignis probitate, Cyprum insulam armis intravit, & acquisivit* Videndus quoque Rogerus ab Hoveden, in Annal. Parte Post. in Richardi I rebus. Factum id autem, ut apparet ex Westmonasteriensi, anni cIↃ CXCI. moxque proximè insequuto, cIↃ CXCII, donat ille regi Hierosolymitano, ubi dixi. Atque ille erat Guido Lusinianus. Rogerus de Hoveden, libro citato. *Rex Angliæ dedit in excambium regi Guidoni insulam de Cypre, in vitâ suâ tenendam.* Ejusque posteri diu post hæc tenuerunt. Anno cIↃ CCCCXXVIII Sultanus Ægypti suam in potestatem redegit: & captivum priùs regem, mox restituit, magno pretio libertatis persoluto, ac tributarium esse jussit. Hinc, fortunam experta variam, in Venetorum potestatem tandem venit, circa annum cIↃ CCCCLXXX: quibus, post annorum circiter nonaginta principatum, Turcæ demum eripuerunt, anno cIↃ IↃ LXXI. Vide fusè memorantem hæc Joannem Gobellinum, in Comment. Pii II. Lib. VII. Æneam Sylvium, in Historiâ rerum gestarum, cap. xcvij. Leunclavium, Hist. Musulm Lib. XIV. Et inprimis virum eximium, Jacobum Augustum Thuanum, Hist. Lib. XLIX.

CAP. XXIII.

Cypriorum in mari potentia: Colonia in Macedonia, & agro Cumano. Virgines corpore dotem quærebant, ex Veneris instituto: ac jam nuptæ, semel in vitâ, in Veneris instituto: ac jam nuptæ, semel in vitâ, in Veneris templum abeuntes, viro externo copiam sui faciebant. Corruptæ etiam quæ essent, huc ad mercatum advehebantur. Invenere cercurum; In luctâ, admodum rudes erant: unde proverbium, Κυπρία πάλη. *Quomodo aliquos devoverint. Quidam diadema gestabant,* κίταρις *dictum; unde & ipsi* κίταροι *appellabantur. Variarum vestium*

ſtium texturâ excellebant: in quâ eminebant Aceſas, Heliconque, Salaminii. Centauri etiam illic nati, è ſemine Bacchi. Magia Cypria; hominesque, Ophiogenes nuncupati.

Miſcella quædam caput mihi hoc implebunt. Potentia eorum, inprimis maxima fuit: adeoque imperium ejus aliquando tenuerunt; Euſtathius, in Dionyſium. ὀλβιώτατοι δὲ νησιωτῶν οἱ Κύπριοι. λέγονται δέ ποτε θαλαττοκρατῆσαι καιρόν τινα καὶ αὐτοί. *Ditiſſimi verò inter inſulanos ſunt Cyprii, ac dicuntur aliquamdiu imperium maris tenuiſſe.* Marianus Scotus, Chron. Lib. I. æt. IV. *Sextò mare obtinuerunt Cyprii etiam annis viginti tribus.* Coloniam habuerunt in Macedoniâ. Epiphanius, adverſus Hæret. Lib. I. Tom. II. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὸ γένος κατῴκησε Κυπρίων. *Verùm etiam in Macedoniâ genus habitavit Cypriorum.* Etiam in agro Cumano. Athenæus, lib. VI. τούτου γὰρ, ὡς ἔοικε, τοῦ στόλου τινὲς ἀποσπασθέντες, ἐν τῇ Κυμαίᾳ κατέσχον, ἐκ Κύπρου τὸ γένος ὄντες. *Ex eâ claſſe, ut videtur, quidem avulſi, Cumanum agrum occupârunt, è Cypro oriundi.* Virgines eorum corpore communicato dotem parabant. Juſtinus, Lib. XVIII. *Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias ſtatutis diebus, dotalem pecuniam quæſituras, in quæſtum ad littus maris mittere, pro reliquâ pudicitia libamenta Veneri ſoluturas.* Idque ex Veneris inſtituto factitaſſe, auctor nobis eſt Lactantius, Lib. I. cap. xvij. *Auctorque mulieribus in Cypro (Venus) fuit, uti vulgò corpore quæſtum facerent.* Et hoc innuit Sextus Empiricus, Pyrrh. Hypotyp. Lib. III. Παρ' ἐνίοις δὲ αὐτῶν, αἱ κόραι, πρὸ τῶν γάμων τὴν προῖκα ἐξ ἑταιρήσεως συνάγουσι, γαμοῦνται. *Quin etiam apud quoſdam ex ipſis, puellæ, ante nuptias comparatâ quæſtu meretricio dote, nubunt.* Ac jam nuptæ, ſemel in vitâ, in Veneris templum abeuntes, viro ſe externo proſtituebant. Herodotus, Lib. I. ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων ἐστὶ τοῖσι Βαβυλωνίοισι, ὅδε. δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην, ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ, μιχθῆναι ἀνδρὶ ξένῳ. ἐνιαχῆ δὲ καὶ τῆς Κύπρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος. *Eſt verò Babyloniis lex, ſanè fœdiſſima, iſta. nempe omnes mulieres indigenas oportet, ſemel in vitâ, in templo Veneris ſedentes, cum viro externo rem habere. Alicubi verò etiam in Cypro ſimilis huic lex eſt.*

Quin corruptæ etiam huc fœminæ advehebantur, ad mercatum. Inde ille apud Terentium, Adelph. Act. II. Sc. II.

——— emptæ mulieres
Complures, & item hinc aliæ, quas porto Cyprum,
Nisi eò ad mercatum venio, damnum maximum est.

Invenere autem cercurum. Plinius, lib. VII. cap. lvj. *Celocem (invenerunt) Rhodii, cercuron Cyprii.* Excellebant arte textorià: & in eâ inter primos, Acesas, & Helicon filius, Salaminii. Huc transfer loca Athenæi, & Eustathii, & superioris libri cap. xxiij. In luctâ, admodum rudes erant; unde proverbio, κυπρία πάλη, *Cypria lucta*, pro agresti, & ineptâ, dicebatur. Hesychius. κυπρία πάλη, ἣν ἔνιοι πάμμαχον καλοῦσιν. οἱ δὲ, ἄγροικον, καὶ ἀπάλαιστρον, διὰ τὸ τοὺς ἐν Κύπρῳ ἀτέχνως παλαίειν. *Cypria lucta, quam nonnulli pammachon vocant: quidam verò, agrestem dicunt, & palæstræ imperitam: quia in Cypro sine ullâ arte luctantur.* Devoventes aliquem, hordeum cum sale serebant. Idem Hesychius. ἔθος Κυπρίων, σπειρόντων κριθὰς μεθ' ἁλὸς, καταρᾶσθαι τισίν. *Mos est Cypriorum, serentium hordeum & salem, quosdam diris devovere.* Quidam inter eos, diadema gestabant quod appellabatur κίτταρος: atque ipsi ex eo κίτταροι. Apud eundem Hesychium. κίτταρος, διάδημα, ὃ φέρουσι Κύπριοι· οἱ δὲ τὰ διαδήματα φοροῦντες, κίτταροι λέγονται. *Cittarus, diadema, quod gestant Cyprii: qui verò diadema illud gestant, Cittari dicuntur.* Centauri illic nati, è semine à Baccho in terram projecto, cùm potiri Venere, quam amabat, non posset. Nonnus, Dionys. lib. V.

Οὐ τόσον ἱμείρων ἐπεμήνατο Κυπρογενείῃ·
Ἣν ποθέων ἀκίχητα γονὴν ἔσπειρεν ἀρούρης,
Θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων·
Ἔνθεν ἀεξιτόκοιο κεραστίδος ἔνδοθι Κύπρου
Φηρῶν ἐυκεράων διδυμόχροος ἤνθεε φύτλη.
Non tantum amore percitus insaniebat ob Venerem,
Quam desiderans incomprehensibilem, semen seminavit terræ
Calidum ejaculans per se incitatam spumam amorum.
Unde prolificâ in Cypro, multa cacumina habente,
Ferarum benè cornutarum bicolor effloruit generatio.

Ite-

Iterum, lib. XXXII, ipſe de ſe Bacchus.

Οὐ Παφίης τόσον ἦλθον ἐς ἵμερον, ἧς χάριν εὐνῆς
Κενταύρους ἐφύτευσα, βαλὼν σπόρον αὔλακι γαίης.
Non Veneris tantum veni in deſiderium, cujus ob thalamum
Centauros genui; mittens ſemen ſulco terræ.

Magia quoque quædam Cypria memoratur, apud Plinium, lib. XXX. cap. j. *Magices factio, à Moſe, & Jamne, & Jotape, Judæis pendens, ſed multis millibus annorum poſt Zoroaſtrem. Tanto recentior eſt Cypria.* Et homines illic, qui venena exſugebant, Ophiogenes appellati. Idem Plinius, lib. XXVIII. cap. iij. *Quorundam hominum tota corpora proſunt, ut ex his familiis, quæ ſunt terrori ſerpentibus, tactu ipſo levant percuſſos, ſuctuve modico. Quorum è genere ſunt Pſylli, Marſique; &, qui Ophiogenes vocantur, in inſulâ Cypro.*

CAP. XXIV.

Tauri, gibboſi, & cornibus deformibus, ac ſtercore humano veſci ſoliti, contra tormina. Proverbium, Βοῦς Κύπριος. *Porci, ficubus paſcebantur. Cati, admirandi. Menſuræ eorum:* Μανασὴς, Μόδιος, Μέδιμνος. Δίπλυον. *Pes Cyprius, & Anticyprius. Vicus Cyprius Romæ. Menſium nomina, à Romanis commutata.* Ἄδωνις, *qui Junius menſis.* Γορπιαῖος. Ἀφροδίσιος.

Memorantur eorum tauri, veluti peculiares. Julius Capitolinus, in Gordianis. *In quâ picturâ etiam nunc continentur cervi palmati ducenti, mixtis Britannis; equi feri triginta, oves feræ centum, alces decem, tauri Cyprii centum.* Erant autem gibboſi. Servius, ad Georg. lib. I. *Non omnium autem boum* ὕβον, *ſed eorum tantùm, qui ſunt, ita ut Cyprii, gibberes: ſicut Ariſtoteles quoque refert.* Et cornua habebant deformia. Achilles Tatius, De Am. Clitoph. & Leuc. lib. II. Βοῦς γὰρ Αἰγύπτιος, οὐ τὸ μέγεθος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν χροιὰν εὐτυχεῖ. τὸ μὲν γὰρ μέγεθος πάντη μέγας, τὸν νῶτον πλατὺς, τὴν γαστέρα πολὺς, τὸ κέρας οὐχ, ὡς ὁ Σικελικὸς, εὐτελής. οὐδ', ὡς Κύπριος, δυσειδής· ἀλλ' ἐκ τῶν κροτάφων ὄρθιον ἀναβαῖνον. *Bos enim*

Ægyptius, non magnitudine tantum, verùm & colore præstat: statura est eximia, cervice crassâ, humeris amplis, ventre magno, cornibus, non, ut Siculi boves, depressis, neque, ut Cyprii, deformibus, sed quæ à temporibus rectà ascendebant. Ac vescebantur excrementis humanis. Festus. *Cyprio bovi merendam, Ennius Sotadico versu cùm dixit, significat id, quod solet fieri in insulâ Cypro, in quâ boves humano stercore pascuntur.* Suidas. Οἱ Κύπριοι βόες ἀναισθητότεροι τῶν ἄλλων· φασὶ γὰρ αὐτοὺς κοπροφαγεῖν. *Cyprii boves aliis sunt stupidiores: ajunt enim eos stercore vesci.* Unde proverbio, de homine stolido dicebatur, Βοῦς Κύπριος. *Bos Cyprius.* Vide eundem Suidam, in istis vocibus; Hesychium, in Βοῦς Κύπριος, & Κύπριος βοῦς. Diogenianum, Cent. V. Proverb. LXXX. Appendicem Vaticanam, Cent. I. Proverb. XI. & Cent. II. Proverb. XLIV. Edebant verò, ut torminibus mederentur. Plinius, lib. XXVIII. cap. xx *Boves in Cypro contra tormina hominum excrementis sibi mederi.* Porci verò, ficubus illic pascebantur. Palladas, in Antholog. Gr. lib. II. cap. xvij.

Βρώματά μοι χοίρων συκιζομένων παρέθηκας
Ξηρῶν, διψαλέων, Κυπρόθεν ἐρχομένων.

Cibum mihi porcorum ficubus pastorum proposuisti,
Aridorum, siticulosorum, è Cypro venientium.

Idem videre est apud Plinium, lib. XIII. cap. iv. De catis autem quibusdam, mira narrat Bartholemæus Salligniacus, Itin. Hierosol. Tom. IV. cap. j. *Accepi autem relatione fide dignâ, nutriri in Cypro murilegos, quos catos dicimus, qui continuò venationi viperarum, Camelionum, & aliorum reptilium, quibus terra abundat, insistentes, levant patriam magnis periculis.* Idem quoque tradit Martinus Crusius, in Annotationibus in Turcogræciæ lib. II. Mensuræ eorum, variæ erant; Μανασὴς, Μόδιος, & Μέδιμνος. Ac Μανασὴς quidem, modios decem frumenti, hordeique, continebat; modius, sextarios septendecim: medimnus, paulum variabat. nam apud Salaminios, quinque modiis; apud Paphios, Siculosque, quatuor cum dimidio definiebatur: ut videre est apud Epiphanium, lib. De mens. & pond. Hesychius Manasen, sive Mnasium, ut ipse vocat, duorum medimnorum tradit. Μνασίον, μέτρον

τὸ διμέδιμνον. *Mnasium, mensura quædam, duos medimnos continens.* Medimnus verò, uti dixi, quinque modiorum erat apud Salaminios: itaque decem modiorum rectè dicit Epiphanius. Etiam mensura erat, quæ appellabatur Δίπτυον; dimidium medimnum continens, juxta quosdam. Hesychius. Δίπτυον. Κύπριοι μέτρον· οἱ δὲ, τὸ ἡμιμέδιμνον. *Diptyon, Cyprii mensuram: nonnulli verò, semimedimnum.* In carminibus, etiam pes quidam Cyprius; quidam, Anticyprius appellabatur. Diomedes, lib. III. cap. De pedibus. *Cyprios, ex brevi, & longâ, & duabus brevibus, & longâ, temporum septem. Anticyprius, ex longâ, & brevi, & duabus longis, & brevi, temporum octo.* Vicus quoque Romæ quidam Cyprius dictus: cujus meminere, Livius, lib. I. Dionysius Halicarnasseus, libb. III. IV. & Messalla Corvinus, De Augusti progenie. Menses, illis his nominibus vocati. Ἀφροδίσιος. Ἀπογονικός. Αἰνικός. Ἰούνιος. Καισάρειος. Σεβαστός. Αὐτοκρατορικός. Δημαρχεξούσιος. Πληθύπατος. Ἀρχιερεύς. Ἔστιος. Ῥωμαῖος. Ita enumerat eos ex Pselli opere necdum edito, Giraldus, lib. De Ann. & Mens. Henricus Stephanus, in Appendice Thesauri Linguæ Græcæ, ubi agit de mensibus, & partibus eorundem, duos posteriores omittit: nisi culpa ea est typothetarum, quod existimo. Apparet autem, hæc fuisse illis nomina, cùm Romani eam insulam subegissent: ac quin aliter olim appellati fuerint, non est dubium: quique Ἰούνιος hîc dicitur, mutato à Romanis nomine, ab antiquis Ἄδωνις nuncupabatur. Hieronymus, in Ezech. cap. viij. *Quia juxta gentilem fabulam in mense Junio (Adonis) amasius Veneris, & pulcherrimus juvenis, occisus, & deinceps revixisse narratur, eundem Junium mensem eodem appellant nomine.* Inter vetera mensium nomina, etiam est Γορπιαῖος: cujus secundo die sacra Ariadnæ facta ab Amathusiis, ex Pæone Amathusio refert Plutarchus, in Vitâ Thesei. Locum ante jam exhibui, cùm de Amathunte agerem lib. I. cap. viij. Mensis verò Aphrodisii, etiam Porphyrius meminit, De Abst. lib. II. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ. *In Salamine, quæ nunc dicitur, olim Coronide vocatâ, mense secundùm Cyprios Aphrodisio, homo Agraulo immolabatur.*

CAP.

CAP. XXV.

Cypriorum mores: ac comœdiæ in eos Dicæogenis, & Alexidis. Riſus peculiaris. Lingua eorum, olim admodum accurata: hodie, quintuplex. Vocabula peculiaria. Αἶλα. Ἀπελιξ. Ἄωτον. Βρένθις. *Heſychii locus, & Auctoris Etymologici, emendatus.* Γάνος. Θρόνον. Ἰθμόν. Κέραμος. *Scholiaſtæ Dionis Chryſoſtomi error indicatus.* Κορδύλη. *Suidas codicis depravati lectione deceptus.* Κύλιξ. Μαγίς. Μόρον. Ῥεῖος. Σίγυνος. Τάφος. Τρέμιθος. *Alia plurima: tum* Καλήζω, *pro* Καλέω.

Qui de Cypriorum moribus aliquid ſingulatim dixerit inter veteres, non me memini obſervare. Regum luxum, tradit nobis Athenæus, lib. VI. & nonnulla ipſe quoque ſupra dixi: ſed qui populum hîc culpaverit, non occurrit. tamen Comici generatim perſtrinxere. Itaque comœdia in eos fuit Dicæogenis, Κύπριοι inſcripta: cujus meminit Ariſtoteles, lib. De Poëticâ, cap. xvj. & Alexidis Κύπριος; cujus mentio ſemel iterumque occurrit apud Athenæum, lib. III. Verùm ex recentioribus Theodoricus à Niem, qui ante ducentos annos vixit, ſic de illis ſcribit, in Nemore Unionis, Tract. VI. cap. xxxij. *In Cypro, in quâ faſtus Gallicus, Syra mollities, Græcæ blanditiæ, ac fraudes: quæ unam videlicet in inſulam convenere.* Riſum eorum ſingularem quendam facit Plutarchus, De diſcr. adul. & amici pag. 57. Lingua eorum, accuratè Græca erat. Himerius, in Excerptis Orationis, in adventum Cypriorum. Τὴν Κύπρον οἱ ποιηταὶ θεῶν Ἀφροδίτῃ χαρίζονται, ὥσπερ τὴν Δῆλον Ἀπόλλωνι. ἡ γὰρ Κύπρος, πόλις μεγάλη· δῆμοι, τὴν γλῶτταν ἀκριβῶς Ἕλληνες. *Cyprum poëtæ inter deos Veneri tribuunt, ſicut Delum Apollini. Etenim Cyprus, urbs eſt magna: cives verò, exactè loquuntur Græcè.* Quinque nunc in eâ linguas uſitatas, Græcam nempe, Chaldaicam, Armenicam, Albanicam, & Italicam, tradit Martinus Cruſius, in annotationibus ad Turcogræciæ lib. II. Ac peculiaria vocabula habebant multa: & quorum quæ nonnullæ urbes ſibi propria ha-

habebant, cùm de illis agerem, commemoravi: nunc exponam, quæ communia universæ habuere.

Αἶλα. *Pulcra.* Etymologici Auctor. Αἶλα. ἀντὶ τοῦ καλὰ, Κύπριοι. *Aila, pro pulcra, Cyprii.*

Ἀπρὶξ. Genus ſpinæ. Videatur idem Etymologici Auctor, in hâc voce.

Αὤτον. Poculi genus. Athenæus, in fragmento libri undecimi, quod exhibuit Caſaubonus, in Animadverſionibus ſuis ad eum librum, cap. xj. Αὤτον, παρὰ Κυπρίοις τὸ ἔκπωμα, ὡς Πάμφιλος· Φιλήτας δὲ, ποτήριον οὖς οὐκ ἔχον. *Aolum, apud Cyprios eſt poculum, uti auctor eſt Pamphilus: Philetas verò, poculum dicit aures non habens.*

Βρένθις. Luctuca. Athenæus, lib. II. Νίκανδρος δὲ ὁ Κολοφώνιος, ἐν δευτέρῳ Γλωσσῶν, βρένθιν λέγεσθαί φησι παρὰ Κυπρίοις θρίδακα. *Nicander Colophonius, in ſecundo Gloſſarum, brenthin ait à Cypriis vocari lactucam.* Heſychius. Βρένθις, θριδακίνη, Κύπριοι. *Brenthis, lactuca, Cyprii.* Non rectè illic editur, Βρένθιξ. Emendandus quoque Etymologici Auctor. Κύπριοι δὲ, βρένθιν τὴν θρίδακα λέγουσι. *Cyprii verò, brenthin lactucam dicunt.* Malè editur, βρενθισίτην.

Γάνος. Hortus. Etymologici Auctor, in Γεγανωμένος. Γάνος, ὕδωρ, χάρμα, φῶς. ὑπὸ δὲ Κυπρίων, παράδεισος. *Ganus, aqua, gaudium, lux. à Cypriis verò, hortus dicitur.*

Θρόνον. Veſtis florida. Scholiaſtes Theocriti, Idyll. II. Θρόνα Θεσσαλοὶ μὲν, τὰ πεποικιλμένα ζῶα· Κύπριοι δὲ, τὰ ἀνθινὰ ἱμάτια. *Throna Theſſali quidem, dicunt animalia variegata: Cyprii verò, veſtes floridas.*

Ἴσθμιον. Poculum. Athenæus, lib. XI. Ἴσθμιον. Πάμφιλος, ἐν τοῖς περὶ ὀνομάτων, Κυπρίους τὸ ποτήριον οὕτως καλεῖν. *Iſthmum. Pamphilus, in Opere De nominibus, ita Cyprios poculum vocare tradit.*

Κέραμος. Carcer. Scholiaſtes Homeri, ad Iliad. ε΄. οἱ γὰρ Κύπριοι, τὸ δεσμωτήριον κέραμον καλοῦσι. *Cyprii enim, carcerem appellant ceramum.* Theon, in Progymn. cap. Περὶ νόμου. Εἴ τις λέγοι τὸν κέραμον ἀντὶ δεσμωτηρίου, καθάπερ Κύπριοι. *Si quis ceramum dicat pro carcere, ſicut Cyprii.* Etymologici Auctor. Ἀνάκαιον, τὸ δεσμωτή-

ρίον, παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς οὕτω καλούμενον, ὡς καὶ παρὰ τοῖς Κυπρίοις ὁ κέραμος. *Anacæum, carcer, à Bœotis sic vocatum, sicut ceramus apud Cyprios.* usurpat eâ notione Homerus, Iliad. V.

Χαλκέῳ ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.

Firmo in carcere ligatus erat tredecim menses.

Item Nonnus, Dionys. lib. II.

Χαλκέῳ ἐν κεράμῳ πεφυλαγμένον. ———

Firmo in carcere custoditum. ———

Videatur quoque Eustathius, ad citatum Homeri locum. Errat autem Scholiastes Dionis Chrysostomi, in Orat. XI. quæ Troica inscribitur, ubi hoc Cretensibus tribuit. Κρῆτες τὸ δεσμωτήριον κέραμον φασί. *Cretenses carcerem dicunt ceramum.*

Κορδύλη. Tegumentum capitis. Etymologici Auctor. Καὶ γὰρ κορδύλην Κύπριοι λέγουσι τὸ ἐνείλημα τῆς κεφαλῆς, ὅπερ Ἀθηναῖοι μὲν κρώβυλον καλοῦσι, Πέρσαι δὲ κίδαριν. *Etenim cordylen Cyprii vocant capitis integumentum; quod Athenienses quidem crobylum, Persæ cidarin.* Scholiastes Aristophanis, ad Nubes. Κορδύλην οἱ Κύπριοι λέγουσι τὸ περιείλημα τῆς κεφαλῆς. *Cordylen Cyprii dicunt involucrum capitis.* Suidas. Κρέων δὲ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ῥητορικῶν, κορδύλην φησὶ καλεῖσθαι παρὰ Κυπρίοις τὸ πρὸς κεφαλῆς περιείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον, παρὰ δὲ Πέρσαις νιδάριον. *Creon verò Rhetoricorum libro prima, ait cordylen apud Cyprios dici involucrum capitis: quod apud Athenienses crobylum dicitur, apud Persas autem nidarium.* Scribendum erat: Παρὰ δὲ Πέρσαις κίδαριν. *Apud Persas verò cidarin:* uti est apud Auctorem, quem citavi, Etymologici. Verùm, codice depravato usum Suidam, hinc apparet, quod νιδάριον quoque posteà, in N literâ, repræsentet, istis verbis. Νιδάριον παρὰ Πέρσαις τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ περιείλημα. ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κρώβυλον, παρὰ δὲ Κυπρίοις κορδύλη· ὡς Κρέων, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ῥητορικῶν. *Nidarium, apud Persas vocatur capitis involucrum. quod apud Athenienses dicitur crobytum, apud Cyprios verò cordyle: ut auctor est Creon, libro primo Rhetoricorum.*

Κύλιξ. Cotyla. Athenæus, lib. XI. Γλαύκων δ', ἐν ταῖς Γλώσσαις, Κυπρίους φησὶ τὴν κοτύλην κύλικα καλεῖν. *Glaucon verò, in Glossis, Cyprios ait cotylam vocare* κύλικα.

Μαγίς.

Μαγίς. Meminit Athenæus, ſed non explicat, lib. XIV. Ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ μάζα αὐτὴ ὠνομάσθη, καὶ ἡ παρὰ Κυπρίοις καλουμένη μαγίς. *Unde & maza ipſa dicta eſt, & quæ Magis apud Cyprios appellatur.*

Μόρον. Acutum. Etymologici Auctor. Μόρον γὰρ λέγουσι Κύπριοι τὸ ὀξύ. *Moron enim Cyprii acutum dicunt.*

Ῥεῦος. Invalidus. Imbecillus. Etymologici Auctor. Ῥεῦος. οὕτω δὲ λέγουσιν οἱ Κύπριοι τὸν ἀσθενῆ. *Rheus. ita verò Cyprii invalidum dicunt.*

Σίγυνος. Haſta. Etymologici Auctor. Καὶ οἱ Κύπριοι δὲ τὰ δόρατα σιγύνους φασί. *Et Cyprii verò haſtas dicunt ſigynos.* Ariſtoteles, quid ſit, non exponit, lib. De Poëtica, cap. xxj. Τὸ γὰρ σίγυνον, Κυπρίοις μὲν, κύριον· ἡμῖν δὲ γλῶττα. *Etenim ſigynum, Cypriis quidem, proprium eſt; nobis verò, gloſſa.*

Τάφος. Cædes. Scholiaſtes Homeri, ad Iliad. ψ΄. Οἱ Κύπριοι καὶ τὸν φόνον τάφον καλοῦσι. *Cyprii etiam cædem taphum vocant.*

Τρέμιθος. Terebinthus. Stephanus, in Τρεμιθοῦς. Ἐμοὶ καὶ δοκεῖ, ἀπὸ τῶν περὶ τὸν τόπον πεφυκυιῶν τερμίνθων· ἃς Κύπριοι τρεμίθους καλοῦσιν. *Mihi verò videtur, ab enatis circa locum terebinthis; quas Cyprii tremithos vocant.* Erant & vocabula alia, numero multa. Ἄβαθ᾽. Ἀβαριστάν. Ἀβαρταί. Ἀβρεμής. Ἄγανα. Ἀγαθᾶ. Ἀγήτωρ. Ἀγκύρα. Ἀγλαόν. Ἀγόρ. Ἀγχοῦρος. Ἄδειος. Ἄδρυα. Ἀεικές. Αἰπόλος. Ἀκοῦς. Ἄκμονα. Ἀκοστή. Ἄλα. Ἀλειπτήριον. Ἄλευρον. Ἀλουργά. Ἄνδα. Ἄορον. Ἄουματα. Ἀπελυστή. Ἀπόγεμε. Ἀπολοίφειν. Ἀπόλυγμα. Ἄριζος. Ἄρμυλα. Ἁρμώαλος. Ἄρουκα. Ἄρπιξ. Αὔγαρος. Αὐεκίζει. Αὐθείζαν. Ἀχαιομάντεις. Βάλλαι. Βλαστᾶνα. Βομβοία. Βοωνήτων. Βορβορίζει. Βουκάνη. Βουνός. Βρίγμα. Βριμάζει. Βροῦκος. Βούχετος. Βύβλιοι. Γένεσις Κύπρου. Γέννου. Γοδᾶν. Γρά. Δαματρίζειν. Δημίλω. Διφθεράλοιφος. Δύσεα. Δρόστους. Ἔαρ. Ἐλαθύσας. Ἔλφος. Ἔλαψα. Ἔναυον. Ἐνδηΐδες. Ἔνδυνοι. Ἔπιξα. Ἐροῦντες. Ζάει. Θᾶτας. Θεῖα. Θίβωνος. Θρόδακα. Θύα. Ἴγα. Ἱμόνια. Ἴυ. Καχίλα. Κενέα. Κίβισις. Κιλλός. Κιναύρα. Κυνύπισμα. Λείνα. Μοχοί. Μόψος. Μύθα. Ὄλινοι. Ὀρτός. Οὐάραι. Οὔαρον. Οὖνον. Πείρηθοι. Πέσσον. Πιλνόν. Ῥύλωα. Σίβολε. Σολοιτύπος. De his omnibus, vide Heſychium, ſuis locis. Denique, dicebant etiam καλήζω, pro καλέω: ut docet Etymologici Auctor, in illâ voce. Hîc ſubjunge, quæ de menſium nominibus ſupra dicta.

CAP. XXVII.

Primi Sacrificandi usum, & vaticinandi ex suibus, invenerunt: atque colebatur ipsis Jupiter Εἰλαπιναστὴς, Σπλαγχνοτόμος, Εἰλήθιος, Ἐλαθύτας, Εὐελίδης, Ζητήρ. *Etiam Juno* Ἐλεία. *Apollo quoque; cujus aram qui attigissent, de promontorio quodam dejiciebantur. Cereri primitias frugum festo quodam veste albâ amictæ fœminæ offerebant, & à viris novem noctes abstinebant. Primi omninm templum Veneri dedicârunt: quæ ab illis* Ἐλεήμων *cognomento dicebatur. Ejus sacerdos,* Ἀγήτωρ. *Festum incertum,* Περιοβία.

Quos, gentiles quando essent, deos sibi, sive deas, urbes quædam habuere, cùm de illis agerem, dixi: nunc quos insula universa indistinctè habuisse memoretur, explicabo; quæque ad eorum cultum pertinere videbuntur. Ac sacrificandi quidem primi usum invenisse à nonnullis referuntur. Gregorius Nazianzenus, in Julianum Orat. I. Τὸ θύειν δὲ, οὐ παρὰ Χαλδαίων, εἴτ' οὖν Κυπρίων; *Sacrificare autem, nonnè à Chaldæis, aut Cypriis.* Ad quem locum Elias Cretensis. *Sacrificandi autem ritum Chaldæi, aut certè Cyprii, invenerunt: utrunque enim historiarum monumentis proditum est.* Tatianus, contra Gentes. Πτήσεις ὀρνίθων (ἐξεῦρον) Φρύγες, καὶ Ἰσαύρων οἱ παλαιότατοι, Κύπριοι θυηπολίαν. *Auspicia (invenerunt) Phryges, & Isaurorum antiquissimi, Cyprii sacrificandi rationem.* Nonnus Monachus, in Collect. Hist. lib I. cap. lxx. Λέγεται δὲ, ὅτι τὸ θύειν Χαλδαῖοι ἐξεῦρον, εἴτουν Κύπριοι. διαφέρεται γὰρ ἡ ἱστορία. *Fertur autem, quod sacrificia invenerint Chaldæi, sive Cyprii: nam diversè memoratur.* Videndus quoque Suidas, in Θύειν. Quin & suum exta inspicere, & ex illis de futuris vaticinari, primi omnium cœperunt. Pausanias, Eliac. II. Μαντικὴ δὲ ἡ μὲν ἐρίφων, καὶ ἀρνῶν τε καὶ μόσχων, ἐκ παλαιοῦ δήλη καθεστῶσά ἐστιν ἀνθρώποις· Κύπριοι δὲ, ὡς καὶ ὑσὶν ἐπεξευρόντες εἰσὶ μαντείας. *Vaticinandi verò ars ex hœdis, agnis, vitulisque, jam antiquitus instituta est hominibus, idque certò satis constat: Cyprii verò, insuper ex suibus vaticinari invenerunt.* Colebatur verò illis Jupiter Εἰλαπιναστὴς, & Σπλαγχνοτόμος. Athenæus, lib.

lib. IV. Κἂν Κύπρῳ δέ φησι τιμᾶσϑαι Ηγήσανδρος ὁ Δελφὸς Δία Εἰλαπιναςὴν τε καὶ Σπλαγχνοτόμον. *Hegesander verò Delphus ait in Cypro coli Jovem Ilapinasten, & Splanchnotomum.* Item Εἰλήτιος, Ἐλαθύσας, Εὐελίδης, Ζητὴρ: ut est videre apud Hesychium, in his vocibus. Juno etiam, Ἐλεία. Idem. Hesychius. Ἐλεία, ἥρα ἐν Κύπρῳ. *Eléa, Juno in Cypro.* Apollo quoque: cujus aram qui attigissent, de promontorio quodam dejiciebantur. Strabo, in descriptione Cypri, lib. XIV. Καὶ εὐθὺς ἐςὶν ἄκρα, ἀφ᾽ ἧς ῥίπτουσι τοὺς ἁψαμένους τοῦ βωμοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος. *Ac statim est promontorium, è quo dejiciunt eos qui Apollinis aram attigerunt.* Cereri, dicato festo, primitias frugum fœminæ offerebant, albis vestibus amictæ; & per novem noctes castum celebrabant. Ovidius, in historiâ Cinyræ, Metamorph. lib. X.

Festa piæ Cereri celebrabant annua matres;
Illa, quibus, niveâ velatæ corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum:
Perque novem noctes Venerem, tactusque viriles,
In vetitis numerant. ———

Veneri, templum primi omnium dedicârunt. Festus. *Cypria Venus: quod ei primum in Cypro insulâ templum sit constitutum* Et colebatur cognomento Ἐλεήμων. Hesychius. Ἐλεήμων, ἐν Κύπρῳ Ἀφροδίτη. *Eleemon, in Cypro Venus.* Ejusque sacerdos, Ἀγήτωρ dicebatur. Vide Hesychium eundem, in illâ voce. Incertum quoddam festum erat, Περιοςία appellatum. Hesychius. Περιοςία, ἑορτὴ ἐν Κύπρῳ. *Perioria, festum in Cypro.*

CAP. XXVIII.

Quando Cyprii facti Christiani. Eorum episcopi, quot numero; & archiepiscopus, Salaminius: qui sui juris, quando, & quamobrem factus. Barnabæ reliquiæ inventæ illic, & Matthæi Euangelium. De tempore, dissidium Cedreni, & Nicephori Callisti; cujus etiam locus quidam emendatus. Initio episcopos ibi ordinabat Patriarcha Antiochenus. Reliquiæ Lazari, ac Mariæ Magdalenæ, Constantinopolin translatæ à Leone Imp. Crux boni latronis. Martyres varii.

Quando fidem Christianam sint amplexi, est videre apud D. Lucam, Act. capp. xj. xiij. Itaque, progressu temporis, plures quoque ibi episcopi constituti, Salamine, Cythriæ, Cyriniæ, Carpasiæ, Paphi, Trimythunte: ut ostendi suprà, cùm de urbibus illis agerem: adeóque, licet sedes reliquorum ignorentur, tredicim universi erant; ut apparet ex Synodi Nicenæ Canone XXXVII. *Si episcopus Cypri diem suum in hyeme obierit, & populi non potuerint, propter tempestatem maris, mittere Antiochiam, ut patriarcha Antiochenus ordinet eis archiepiscopum, in locum mortui, debent scribere ad patriarcham, & petere, ut unus aliquis fiat archiepiscopus, quem ipsi desiderant; neque debet hoc prohibere patriarcha, cùm ad eum scriptum fuerit. quis enim scit, an, defuncto arhciepiscopo, propter tempestatem hyemis, sine capite remaneant; an aliquis fortaßis ex tredecim episcopis de vitâ decedat: atque ita fiat, ut toto illo anno archiepiscopo careant.* Archiepiscopus, Salamine sedem habebat, uti suprà, in illius urbis rebus, demonstravi. Et ille quidem, cùm initio Antiochiæ patriarchæ subditus esset, sui posteà juris factus est: ut olim docui, in Glossario Græcobarbaro, in vocabulo Αὐτοκέφαλοι. Accidit autem id imperante Anastasio: cum reliquias illic Barnabæ, & Matthæi Euangelium, repperissent: ac deinde Justinianus, propter conjugem Theodoram, quia Cypria ea esset, privilegium confirmavit. Nicephorus Callistus, Hist. Eccles. lib. XVI. cap. xxxvij. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ (τοῦ Ἀναστασίου) ἡγεμονίας καὶ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον, ὃ κεράτιον λέγεται, κείμενον. οὗ ἐπιστέρνιον, τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον Ματθαίου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐτύγχανεν ὄν, χερσὶν οἰκείαις τῷ Βαρνάβᾳ γραφέν. ἐκ ταύτης τοίνυν προφάσεως καὶ Κύπριοι τὸ καταρχὰς περιγεγόνασιν αὐτοκέφαλον ἔχειν τὴν κατ᾽ αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ᾗ καὶ ὑπέκειτο πρότερον. ἐκράτυνε δ᾽ ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο καὶ Ἰουστινιανὸς ὕστερον, ἐπὶ δόξῃ τῆς γαμετῆς Θεοδώρας, Κύπρον λαχούσης πατρίδα. *Sub ejusdem (Anastasii) imperio reliquiæ etiam Barnabæ apostoli, sub arbore, quæ siliqua dicitur, inventæ sunt. super cujus pectus sacrum & divinum Euangelium Matthæi euangelistæ repertum fuit, ipsius Barnabæ manibus scriptum. Hâc de causâ primùm Cyprii metropolin suam liberam, & juris sui, habere cœperunt; nec deinceps Antiochiæ, sicut anteà,*

subje-

subjecti erant. idque magis postea Justinianus confirmavit, in honorem conjugis suæ, Theodoræ, cui patria Cyprus esset. Videndus idem lib. XVII. cap. xxviij. Sed, quæ illic arbor siliqua, aut quæ usquam arbor talis? Omninò emendandum censeo, ὃ κεράσιον λέγεται. *quæ cerasus dicitur.* Ita rectè est apud Cedrenum: qui hoc tamen non sub Anastasio commemorat factum, sed Zenone, idque anno ejus quarto. Verba ejus illic ista. Τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον κερασίαν ἱστάμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ἰδιόγραφον αὐτοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα. ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν. *Eo tempore reliquiæ beati Barnabæ apostoli inventæ sunt in Cypro, sub arbore cerasu collocatæ: habebantque pectori impositum Matthæi Euangelium, ipsius Barnabæ apostoli manu scriptum. Eâ occasione Cyprus metropolis facta est; ut jam non ultra Antiochiæ subjaceret.* Suidas, in Θύϊνα. Ἐπὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως εὑρέθη ἐν Κύπρῳ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου, τοῦ συνεκδήμου, Παύλου. ἔκειτο δὲ ἐπὶ τῷ στήθει Βαρνάβα τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ἔχον πτυχία θύϊνα. *Sub Zenone Imperatore, inventæ sunt in Cypro reliquiæ Barnabæ apostoli, qui Paulo comes peregrinationis fuit. Jacebat verò in Barnabæ pectore Euangelium Matthæi, habens folia thyina.* De Zenonis imperio, testatur etiam Martyrologium Romanum, ad diem Junii XI. *Corpus (sancti Barnabæ) tempore Zenonis Imperatoris, ipso revelante, repertum est, unà cum codice Euangelii sancti Matthæi, suâ manu descripto.* Ado, in suo Martyrologio, ad eundem diem. *Natalis sancti Barnabæ apostoli, cujus corpus tempore Zenonis Imperatoris, ipso revelante, repertum est.* Eodem modo Usuardus. Balsamon, in Syn. Constantinop. Can. II. id concessum tradit à Synodo Ephesinâ, quæ est œcumenica tertia, habita sub Theodosio juniore. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρας ἐκκλησίας αὐτοκεφάλους εὑρήσκεις, ὡς τὴν Βουλγαρίας, τὴν Κύπρου, τὴν Ἰβηρίας, μὴ θαυμάσῃς. τὸν μὲν γὰρ ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας, ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανός· τὸν δὲ ἀρχιεπίσκοπον Κύπρου, ἐτίμησεν ἡ τρίτη σύνοδος· τὸν δὲ Ἰβηρίας, ἐτίμησε διάγνωσις τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. *Si verò alias quoque sui juris ecclesias inveneris, ut Bulgariæ, Cypri, & Iberiæ, ne mireris: nam Bulgariæ quidem archiepiscopum, Justinianus imperator honoravit; Cypri verò archiepiscopum, tertia*

synodus; at Iberiæ, dispositio synodi Antiochenæ. Videndus idem, in Synodi Ephesinæ illius Can. VIII. Synodi in Trullo habitæ, Can. XXXIX. & Synodi Carthaginensis Can. LIX. Primitus verò patriarcham Antiochenum jus in Cypro ordinandorum episcoporum habuisse, clarum etiam ex Concilii Niceni Can. XXXVII. cujus verba, quia protuli in principio hujus capitis, nunc non repetam. Archiepiscopo verò, in honorem, fax prælata; in liturgiâ, aut processu aliquo sacro: ut ostendo in Glossario Græcobarbaro, in vocabulo Λαμπαδάριος. Ut autem reliquiæ illic Barnabæ apostoli fuere inventæ, sic & Lazari, ac Mariæ Magdalenæ: quas Leo Imperator, cognomento Philosophus, dedicatâ illis æde, Constantinopolin transtulit. Zonaras, in ejus Vitâ, Annal. III. καὶ ἐπ᾽ ὀνόματι τοῦ ἁγίου Λαζάρου ναὸν ἐδείματο ἕτερον· εἰς ὃν καὶ τὸ ἱερὸν ἐκείνου σῶμα ἀπεθησαύρισεν, ἐκ τῆς Κύπρου μετενεχθὲν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας. *Condidit & aliam ædem, S. Lazari nomine: in quâ sacrum ejus corpus, è Cypro translatum, nec non Mariæ Magdalenæ, reposuit.* Crucem quoque ostendi illic, quæ fuisse latronis boni crederetur, refert Bartholemæus Saligniacus, Itinerarii Hierosolymitani Tom. IV. cap. iv. Idem, capite sequenti divi Joannis Montisfortis sepulcrum Leucosiæ memorat; Martyres quoque ibi plurimi prædicantur: Tychon, Amathunte, die Junii XVI. Tychicus, Paphi, Aprilis XXIX. Aristion, Salamine, Februarii XXII. Epiphanius, ibidem, Maii XII. Sed & alii, incertis locis. Pothamius, & Nemesius, Februarii XX. Nicanor, Januarii X. Conon, Martii VI. Theodotus, Maii VI. Barnabas Apostolus, Junii XI. Triphyllius, Junii XIII. Maria, mater Joannis, Junii XXIX. Jason, Julii XII. Theophilus, Julii XXII. Lucius, Augusti XX. Isacius, Septembris XXI. Meletius, eodem die. Hilarion, Octobris XXI. Sophronius, Decembris VIII. Spiridion, Decembris XIV. De quibus passim est videre cùm in Martyrologio Romano, tum Adonis, & Usuardi.

CAP.

CAP. XXIX.

Viri clari, & eorum monumenta. Apollodorus, Citiensis, medicus. Apollonius, etiam Citiensis, medicusque. Ejus, Περὶ ἄρθρων. Πρὸς τὰ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον. Περὶ ἐπιληπτικῶν. *Aristocles, Curiensis. Aristus, Salaminius, historicus. Asclepiades: scripsit,* Περὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης. *Barnabas, apostolus: ejus Euangelinm, & Epistola, inter apocrypha. Epistola ad Hebræos, ipsi à quibusdam ascripta. Cleon, Curiensis, ejusque* Ἀργοναυτικά: *quæ Apollonius transscripsit. Ctesias, Cnidius. Ejus* Περσικά. Ἰνδικά. Περὶ ἱερῶν. *Scholiastes Apollonii emendatus.* Περὶ ποταμῶν. Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων. Περίπλοι.

Reliquum est, ut viros claros, quos hæc insula olim dedit, referamus. Inter illos,

Apollodorus, Citiensis, tanquam medicus Plinio commemoratur, lib. XX. cap. iv. *Et contra viscum quoque dari Apollodori duo jubent: sed Citieus, semen ex aquâ tritum; Tarentinus, succum.*

Apollonius, etiam *Citiensis*, & medicus. Strabo, in descriptione Cypri, ubi de urbe Citio agit, lib. XIV. Ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων τε, ὁ τῆς στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος, ἰατρός. *Inde est Zeno, Stoicæ sectæ princeps; & Apollonius, medicus.* Scripsit autem, Περὶ ἄρθρων. Erotianus, in Lexico Hippocratis. ὁ δὲ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος, ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων, σιγμοειδῆ ἐγκοπλώ. *Apollonius verò Citiensis, in libro De articulis, sectionem sigma literam referentem.* Et ex eo Opere fortasse est, quod profert Cælius Aurelianus, Chron. lib. III. cap. iv. *Alii enim, phlebotomiam recusârunt in lienicis, ut Apollonius Citiensis; alii, probaverunt.* Ejus octodecim libros, contra tres Tarentini ad Bacchium, memorat Erotianus, in citato statim Opere, in Procemio. Διοσκορίδου τοῦ Φακᾶ πᾶσι τούτοις ἀντειπόντος δι' ἑπτὰ βιβλίων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Κιτιέως ὀκτωκαίδεκα πρὸς τὰ τοῦ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος. *Dioscoride Phaca his omnibus contradicente libris septem; & Apollonio Citiensi decem & octo scribente contra tres Tarentini libros ad Bacchium.* Continebat autem id Opus Hippocraticarum vocum expositionem, uti satis manife-

ſtum ex præcedentibus: tum ex alio ejus loco, in κλαγγώδη. Βακχεῖος δέ φησι, κλαγγώδη εἶναι φωνὴν, τὴν συνεχῆ, καὶ ἀδιάλειπτον· ὁ δὲ Κιτιεὺς Ἀπολλώνιος, τὴν μετ' ἐγκοπῆς, καὶ ἀνωμαλίας, ἔτι δὲ ἀσαφείας, ὁποία μάλιστα συμβαίνει τοῖς μεθύουσι. *Bacchius verò inquit, κλαγγώδη eſſe vocem continuam, & indeſinentem: Apollonius verò Cittienſis, interruptam, & inæqualem, & prætereà obſcuram, qualis maximè accidit ebriis.* Ejuſdem Περὶ Ἐπιληπτικῶν, commemoratur Cælio Aureliano, Chron. lib. I. cap. iv. *Quod eſt nudum, atque probabile, ex conſcriptione curationum Apollonii Cittienſis, ſecundo libro DE EPILEPTICIS.*

Ariſtocles, Curienſis. Meminit ejus Stephanus, in Κούριον.

Ariſtus, Salaminius, hiſtoricus. Strabo, lib. XIV. Καὶ μετὰ ταύτας ἡ Σαλαμὶς, ὅθεν ἦν Ἄριστος ὁ συγγραφεύς. *Ac poſt illas Salamis, patria Ariſti, hiſtoriæ ſcriptoris.* Mentio quoque ejus exſtat apud Clementem, in Protreptico; & Zenobium, Cent. VI. Proverb. L. Nominatque ejus τὰ Ἀρκαδικὰ Dionyſius Halicarnaſſeus, Antiquit. Rom. lib. I. Λέγεται δὲ ταῦτα ἄλλοις τε καὶ Ἀρίστῳ, γράψαντι τὰ Ἀρκαδικά. *Hæc cùm ab aliis referuntur, tum ab Ariſto, qui Arcadica ſcripſit.* Etiam, τὰ Ἀλεξάνδρου. Arrianus, lib. VII. Ἄριστος δὲ, καὶ Ἀσκληπιάδης, τῶν τὰ Ἀλεξάνδρου ἀναγραψάντων, καὶ Ῥωμαίους λέγουσιν ὅτι ἐπρέσβευσαν. *Ariſtus verò, & Aſclepiades, qui ſunt ex illis, qui res geſtas Alexandri conſcripſere, ajunt, Romanos etiam legatos miſiſſe.*

Aſclepiades. Ejus meminit Porphyrius, De Abſt. lib. IV. Ὡς φησὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Κύπριος. *Ut refert Neanthes Cyzicenus, & Aſclepiades Cyprius.* Hieronymus, adverſus Jovinianum, lib. II. *Neanthes Cyzicenus, & Aſclepiades Cyprius, ætate, quâ Pygmalion in oriente regnabat, ſcribunt, eſum carnium non fuiſſe.* Scripſit autem, Περὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης. Porphyrius, libro citato. Λέγει δὲ ὁ Ἀσκληπιάδης, ἐν τῷ Περὶ Κύπρου, καὶ Φοινίκης, ταῦτα. *Ait verò Aſclepiades, in Opere De Cypro, & Phœnice, hæc.*

Barnabas, apoſtolus: de quo videre eſt apud D. Lucam, Act. cap. iv. Scripſit Epiſtolam, quæ cenſetur inter apocrypha. Honorius, De Script. Eccleſ. *Barnabas Cyprius, qui & Joſeph Levites, cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, unam ad ædificationem eccleſiæ compoſuit epiſtolam, quæ inter apocryphas ſcripturas legitur.*

Quæ

Quæ verbo tenus ex Hieronymo deſcripſit, tituli ejuſdem Opere: Sophronius autem, ita vertit. Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος κατασταθεὶς, μίαν πρὸς οἰκοδομίαν τῆς ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται. Meminitque ejus Euſebius, apocrypha quædam enumerans, Hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. XXV. Καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή. *Ad hæc etiam epiſtola, quæ Barnabæ fertur.* Philaſtrius ait, quoſdam eum actorem facere Epiſtolæ ad Hebræos. Ejus Euangelium, itidem inter apocrypha habitum, memorat Gratianus, Decret. Parte I. Diſtinct. XV.

Cleon, Curienſis. Scripſit Ἀργοναυτικά. Scholiaſtes Apollonii, lib. I. ὁ δὲ Δόλοψ, Ἑρμοῦ υἱὸς, ὃς ἐν Μαγνήσῃ τῇ πόλει ἀπώλετο, καὶ αὐτόθι τάφον παρὰ τῷ αἰγιαλῷ ἔχει: ὡς Κλέων, ἐν πρώτῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν. *Dolops verò, Mercurii filius; qui in urbe Magneſâ obiit, & ſepulcrum illic habuit juxtâ littus: ut auctor eſt Cleon, in primo Argonauticorum.* Et omnia ex his Apollonium in ſuum Opus tranſtuliſſe, ex Aſclepiade Myrleano docet idem Scholiaſtes, non multo pòſt: Καὶ Κλέων ὁ Κουριεὺς ἱστορεῖ, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, δεικνὺς, ὅτι παρὰ Κλέωνος τὰ πάντα μετήνεγκεν Ἀπολλώνιος. *Et Cleon Curienſis tradit, & Aſclepiades Myrleanus, oſtendens, omnia ex Cleone Apollonium tranſtuliſſe.*

Cteſias, Cnidius. Scripſit Περσικὰ, libris viginti tribus: ut eſt videre apud Diodorum Siculum, lib. II. & Suidam, in Κτησίας. Inchoabat autem à Nino, & deſinebat in Olympiadis XCV. anno III. uti docet, quem citavi, Diodorus, in ejus anni rebus geſtis, lib. XIV. Citant hoc Opus, Athenæus, lib. IV. & XIV. Plutarchus, De flum. Apollonius, Hiſt. Mirab. XX. Stephanus, in Δυρβαῖοι, & Χωραμναῖοι: aliique item plures. Et Excerpta Operis ejus præclariſſimi eſt videre apud Photium, in Bibliothecâ: unde edidit Henricus Stephanus, typographorum facilè princeps, anno cIↃ IↃ LVII. Ut autem Περσικὰ conſcripſerat, ſic & Ἰνδικά: quorum itidem Excerpta ex Photio vulgavit olim idem Stephanus. Scripſit quoque, Περὶ ὀρῶν. *De montibus.* Plutarchus, De flum. & mont. in deſcriptione montis Teuthrantis. Καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας Κνίδιος, ἐν δευτέρῳ Περὶ ὀρῶν. *Uti refert Cteſias Cnidius, libro ſecundo De montibus.* Et

censeo emendandum esse Scholiasten Apollonii, lib. II. ὄρος οὕτω καλούμενον, τὸ καθῆκον εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Κτησίας, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ὀρῶν. *Mons ita appellatus, qui pertingit ad pontum Euxinum. Meminit ejus etiam Ctesias, libro primo De montibus.* Hodiè editur, ἐν τῷ πρώτῳ Περσίδων. Simile ejusdem opus, Περὶ ποταμῶν. *De fluminibus.* Plutarchus iterum, libro citato. καὶ ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῆς μανίας, καθὼς ἱστορεῖ Κτησίας, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ποταμῶν. *Liberantque eos furore, ut auctor est Ctesias, libro primo De fluminibus.* Et, Περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν φόρων. Citatur ab Athenæo, lib. X. Sic Περίπλων insigne Opus laudatur à Stephano, in Σίγυνος: parsque ejus quædam fuerit quæ ab Harpocratione memoratur, Περίπλους Ἀσίας. Vide eum, in Σκιάποδες.

CAP. XXX.

Demetrius Salaminius. Diagoras. Euclous: ejusque de Homero vaticinium. Eumiclus. Hegesander Salaminius. Hegesias Salaminius: cui quidam τὰ Κύπρια ἔπη adscripserunt. Hermesianax: ejusque Φρυγιακά. *Hermias Curiensis, ejus* Ἴαμβοι. *Homerus. Isigonus Cittiensis, ejusque* Ἄπιστα. *Isaacius, & Joannes, Tzetzæ emendati. Nicanor. Onasimus, ejusque scripta.*

Demetrius, Salaminius. Ejus meminit, sed incerto Opere, Stephanus, in Καρπασία.

Diagoras. Citatur ab Erotiano, incerto Opere, in Περόνας. Διαγόρας δὲ ὁ Κύπριος, φησὶ τὰ προαιρετικὰ νεῦρα περόνας αὐτὸν καλεῖν. *Diagoras verò Cyprius ait, nervos voluntarios ipsum* περόνας *appellare.*

Euclous, vates. Hujus bis terque meminit Pausanias in Phocicis: & inter alia vaticinium quoque de Homero refert. quod videndum, pag. 341. & hoc loco transscribendum. Ac fortasse idem est

Eumiclus, depravatâ lectione; qui inter Scriptores Homero antiquiores recensetur à Tatiano, contrà Græcos. Τὸ δὲ συνέχον ἀποδοτέον μετὰ πάσης ἀκριβείας σαφηνίζειν, ὡς οὐχ Ὁμήρου μόνον πρεσβύτερός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων, Λίνου, Φιλάμμωνος, Θαμύριδος, Ἀμφίονος, Μουσαίου, Ὀρφέως, Δημοδόκου, Φημίου, Σιβύλλης,

βύλλης, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς, ὅστις εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκετο, Ἀρισταίου τοῦ Προκοννησίου, τοῦ τὰ Ἀριμάσπια συγγράψαντος, Ἀσβόλου τε τοῦ κενταύρου, καὶ Ἰσάτιδος, Δρυμῶνός τε καὶ Εὐμίκλου τοῦ Κυπρίου, καὶ Ὥρου τοῦ Σαμίου, καὶ Προσναυτίδου τοῦ Ἀθηναίου. *Quod consectaneum est, illicò nunc declarabo, Mosen non Homero tantùm antiquiorem esse, sed scriptoribus quoque aliis, qui Homerum præcesserunt; Lino, Philammone, Thamyride, Amphione, Musæo, Orpheo, Demodoco, Phemio, Sibyllâ, Epimenide Cretensi, qui Spartam venit, Aristæo Proconnesio, qui conscripsit Arimaspia, Asbolo centauro, Isatide, Drymone, Eumiclo Cyprio, Horo Samio, Prosnautide Atheniensi.*

Hegesander, *Salaminius.* Quid scripserit, incertum est. Meminit ejus Isacius Tzetzes, ad Lycophronem. Ἀργὼ ἐκλήθη ἡ τοῦ Ἰάσονος ναῦς, ἢ ὅτι, κατὰ Ἀπολλώνιον, Ἄργος αὐτὴν ἐναυπήγησεν, ὁ Ἔστορος ἢ Ἀλέκτορος υἱός· ἢ ὅτι ἐν Ἄργει ἐναυπηγήθη, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος ὁ Σαλαμίνιος. *Argo vocata est navis Jasonis, vel quòd, secundùm Apollonium, eam Argus fabricaverit, Estoris, aut Alectoris filius: vel quod Argis sit fabricata, ut tradit Hegesander Salaminius.*

Hegesias, itidem *Salaminius.* Ejus quidam τὰ κύπρια ἔπη, *Cypria carmina,* esse voluerunt. Vide, quæ notavi supra, lib. I. cap. j.

Hermesianax. Incerto Opere citatur à Plutarcho, De Flum. ubi de Ismeno agit, & Tigride: Expressè tamen idem nominat Φρυγιακὰ, ubi Sagaris describitur, istis verbis. καθὼς ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Κύπριος, δευτέρῳ Φρυγιακῶν. *Uti tradit Hermesianax Cyprius, libro secundo Phrygiacorum.*

Hermias, Curiensis. Ejus Jambi memorantur Athenæo, lib. XIII.

Homerus. Nam hunc quoque sunt qui Cyprium faciant; uti nobis auctor Pausanias, cujus verba hic transscribenda, sicut exstant pag. 341. Videndus etiam Suidas, in Ὅμηρος: ubi quoque ejus Opera memorantur.

Isigonus, *Cittiensis.* Meminit ejus, sed non nominato Opere, Cyrillus, contra Julianum, lib. III. *Isigonus Cittiensis in Rhodo insulâ Jovis taurum dicit sermonis nostri non fuisse expertem.* Deprompta autem hæc sine dubio ex libris, quos inscripserat Ἀπίστων, *Incredibilium:* quos citat Sotion, lib. De flum. Κρήνη ἐν Ποτνίαις περὶ Θήβας, ἐξ ἧς ἵπποι πίνοντες μαίνονται· ὡς ἱστορεῖ Ἰσίγονος, ἐν δευτέρῳ Ἀπί-

Ἀπίστων. *Fons est Potniis juxta Thebas, è quo postquam equi biberint, in furorem aguntur: ut tradit Isigonus, libro secundo Incredibilium.* Meminitque rursum posteà, aliquot locis. Corruptè Ἡσίγονος scribitur illius nomen apud Isaacium Tzetzen in Lycophronem, & Joannem, ejus fratrem, in Chiliadibus Variæ Historiæ.

Nicanor. Ejus meminit, nullo nominato Opere, Clemens, in Protreptico.

Onasimus. De eo, atque scriptis ejus, ita Suidas. ὀνάσιμος, κύπριος, ἱστορικὸς, καὶ σοφιστὴς, τῶν ἐπὶ Κωνσταντίνου γενομένων. ἔγραψε στάσεων διαιρέσεις, τέχνην δικανικὴν πρὸς Ἀψίνην, περὶ ἀντιῤῥητικῆς τέχνης, προγυμνάσματα, μελέτας, ἐγκώμια, καὶ ἄλλα πλεῖστα. *Onasimus, Cyprius, historicus, & sophista; unus ex iis, qui vixerunt tempore Constantini. Scripsit Statuum divisiones, Artem judicialem ad Apsinem, De arte contradictoriâ, Præexercitamenta, Declamationes, Encomia, & alia plurima.* Inter Historica, fuerit VITA PROBI IMP. nam hunc ipsum esse censeo, qui Vopisco Onesimus scribitur, ac scripsisse *Vitam Probi* memoratur, in Bonoso. *Ipse, quantumlibet bibisset, semper securus, & sobrius: &, ut Onesimus dicit scriptor VITÆ PROBI, adhuc in vino prudentior.* Et iterum, in Caro. *Onesimus enim, qui diligentissimè VITAM PROBI scripsit, dicit Romæ illum & natum, & literis eruditum.* Meminitque rursum in Proculo.

CAP. XXXI.

Pæon, Amathusius. Persæus, Cittiensis; ejusque Ὑπομνήματα Συμποτικὰ, & Ἠθικαὶ Σχολαί. *Sopater, Paphius. Stasinus, ejusque* κύπρια ἔπη. *Syennesis, medicus. Xenophon: scripsit* κυπριακά. *Zeno, Citiensis, I, philosophus. Ejus,* πολιτεία; *& alia, Diogeni Laërtio commemorata: qui & mutilus indicatur. Zeno, Cittiensis, II, rhetor: ejusque scripta. Poëta item quidam incertus. Stasanor, Solius; inter duces Alexandri: eoque mortuo, præfectus Areæ, & Dranginæ. Stipax, statuarius. Aristarchus, in Cypro mortuus.*

Pæon,

PÆon, *Amathusius.* Citatur, non expresso Opere, à Plutarcho, in Vitâ Thesei. Ἴδιον δέ τινα περὶ τούτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθούσιος. *Proprium verò quendam de his librum edidit Pæon Amathusius.*

Persæus, Cittiensis. Ejus meminit Diogenes Laërtius, in Zenone Cittiensi, lib. VII. Περσαῖον δὲ, ἕνα τῶν γνωρίμων ἀπέστειλεν, ὃς ἦν Δημητρίου μὲν υἱὸς, Κιττιεὺς δὲ τὸ γένος. *Persæum verò, unum è familiaribus, misit, Demetrii quidem filium, sed Cittiensem genere.* Et posteà. Μαθηταὶ δὲ Ζήνωνος, πολλοὶ μὲν. ἔνδοξοι δὲ, Περσαῖος Δημητρίου, Κιττιεύς. *Zenonis verò discipuli, multi quidem: sed clari, Persæus, Demetrii filius, Cittiensis.* Videndus etiam Suidas, in Περσαῖος: & Athenæus, lib. IV. Scripsit, Ὑπομνήματα συμποτικά. *Commentarios convivales.* Citat idem Diogenes, eodem libro. Διὸ καὶ φησὶ Περσαῖος, ἐν Ὑπομνήμασι συμποτικοῖς ὡς πλείστα αὐτὸν δεῖπνα παραιτεῖσθαι. *Ideò & Persæus, in Commentariis Convivalibus, refert ipsum plures cœnas declinasse.* Athenæus, lib. XIII. Καί τοι Περσαίου τοῦ Κιττιέως ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι συμποτικοῖς βοῶντος, καὶ λέγοντος, περὶ Ἀφροδισίων ἁρμοστὸν εἶναι ἐν τῷ οἴνῳ μνείαν ποιεῖσθαι. *Quamvis Persæo Cittiensi in Commentariis Convivalibus clamante, ac dicente, de rebus Venereis inter epulas mentionem faciendam.* Memorantur etiam ejus Ἠθικαὶ σχολαί. *Scholæ morales.* Diogenes, libro citato. Περσαῖος δέ φησιν, ἐν ταῖς Ἠθικαῖς σχολαῖς, δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἐτῶν τελευτῆσαι αὐτόν. *Persæus verò, in Scholis Moralibus, ait eum obiisse, cùm vixisset annos septuaginta duos.* Et hinc esse puto ea, quæ à Cicerone proferuntur, De Nat. deorum, lib. I. *Persæus, ejusdem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa: ipsasque res utiles, & salutares, deorum esse vocabulis nuncupatas.*

Sopater, Paphius. Quidnam scripserit, in incerto est. Meminit ejus Athenæus, lib. II. Ἀλλὰ μὴν καὶ κινάραν ὠνόμασε παραπλησίως ἡμῖν Σώπατρος ὁ Πάφιος, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, ἐπιβιοὺς δὲ καὶ ἕως δευτέρου τοῦ Αἰγύπτου βασιλέως, ὡς αὐτὸς ἐμφανίζει, ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ. *Cinaram, quemadmodum & nos, vocavit Sopater Paphius, Alexandri Philippi coætaneus, quique vitam ad secundum usque Ægypti regem produxit, ut ipse, in quodam suo Opere,*

re,

re, *teſtatum facit.* Haud dixerim, an hujus ſit, Περὶ ἄρκτων: cujus meminit Scholiaſtes Theocriti, Idyll. I. Ὡς φησὶ Θεόφραστος, καὶ Σώπατρος, ἐν τῷ Περὶ ἄρκτων. *Ut ait Theophraſtus, & Sopater, in libro De urſis.*

Staſinus. Huic κύπρια ἔπη attributa. Vide quæ initio dixi, lib. I. cap. j.

Syenneſis, Medicus. Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. III. cap. ij. Συέννεσις μὲν ὁ Κύπριος, ἰατρὸς, τόνδε τὸν τρόπον. *Syenneſis quidem Cyprius, medicus, hunc in modum.*

Xenophon. Scripſit κυπριακά. Suidas, Ξενοφῶν, Κύπριος, ἱστορικός. (ἔγραψε) κυπριακά. Ἐστὶ δὲ καὶ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία, περί τε Κινύραν, καὶ Μύρραν, καὶ Ἄδωνιν. *Xenophon, Cyprius, Hiſtoricus. (Scripſit) Cypriaca. Sunt autem & ipſa amatoriorum argumentorum hiſtoria, de Cinyra, Myrrhâ, & Adonide.*

Zeno, Cittienſis. I. Ejus Opera iſta memorantur à Diogene Laërtio, in ejus Vitâ, lib. VII. Πολιτεία. Περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου. Περὶ ὁρμῆς ἢ, Περὶ ἀνθρώπου φύσεως. Περὶ παθῶν. Περὶ τοῦ καθήκοντος. Περὶ νόμου. Περὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας. Περὶ ὄψεως. Περὶ τοῦ ὅλου. Περὶ σημείων. Πυθαγορικά. Καθολικά. Περὶ λέξεων. Προβλημάτων ῥητορικῶν. Περὶ ποιητικῆς ἀκροάσεως. Τεχνικαὶ λύσεις. Ἔλεγχοι. Ἀπομνημονεύματα. Κράτητος ἠθικά. Ex his Πολιτεία, citatur ab Athenæo, lib. XIII. Καὶ ἐν τῇ Πολιτείᾳ ἔφη, Ζήνων,) τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι, συνεργὸν ὑπάρχοντα πρὸς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν. *Et in Opere De Republicâ ait, (Zeno,) Amorem eſſe deum, auxiliatorem exiſtentem in iis quæ ad civitatis ſalutem pertinent.* Et Theodoretus, Therapeut. lib. III. Ταῦτα ξυνορῶν καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ἐν τῷ τῆς Πολιτείας ἀπαγορεύει βιβλίῳ, καὶ ναοὺς οἰκοδομεῖν, καὶ ἀγάλματα τεκταίνειν. *Quæ cùm videret Zeno Cittienſis, in eo libro, quem De republicâ edidit, prohibet, & templa ſtruere, & ſimulacra fabricare.* Et ipſo Diogenes, eodem libro, non ſemel. Περὶ τοῦ καθήκοντος, citatur à Sexto Empirico, Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. XXV. Ἐν δὲ τοῖς Περὶ τοῦ καθήκοντος, περὶ τῆς τῶν γονέων ταφῆς ῥητῶς (ὁ Ζήνων) φησίν· ἀποιχομένων δὲ τῶν γονέων, ταφαῖς χρηστέον ταῖς ἁπλουστάταις. *In libris autem De Officio, de parentum ſepulturâ item diſertè (Zeno) ſcribit: Mortuis autem parentibus, ſepulturis utendum ſimpliciſſimis.* Περὶ τοῦ ὅλου, citat ipſe iterum Diogenes, libro citato, pluri-

pluribus locis. S C T ..is Diogenis catalogus: nam ejusdem Opus fuit, Περὶ λόγου; quod mox ipse quoque nominat in eodem libro. οὕτω δὲ πρῶτος διεῖλε Ζήνων ὁ Κιττιεὺς, ἐν τῷ Περὶ λόγου. *Sic autem divisit primus Zeno Cittiensis, in libro De oratione.* Ac Διατριβαὶ citantur à Sexto Empirico, Adversus Mathem. lib X. & Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. xxv. quin Diogene quoque ipso, libro citato: ubi & Ἐρωτικὴ τέχνη memoratur.

Scripsit quoque, Ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν. Indicat Cicero, De nat. deorum, lib. I. *Cùm verò Hesiodi Theogoniam interpretatur, (Zeno) tollit omninò usitatas perceptasque cognitiones deorum. neque enim Jovem, neque Junonem, neque Vestam, neque quenquam, qui ita appelletur, in deorum habet numero: sed rebus inanimis, atque mutis, per quandam significationem hæc docet tributa nomina.*

Zeno Cittiensis, II. Rhetor. Ejus scripta hæc à Suida memorantur, Περὶ στάσεων. Περὶ σχημάτων. Ὑπόμνημα εἰς Ξενοφῶντα, εἰς Λυσίαν. εἰς Δημοσθένην. Περὶ ἐπιχειρημάτων. Hic ipse est, cujus meminit Scholiastes Hermogenis, De Invent. lib. III. cap. Περὶ ἐπιχειρημάτων.

Postquam autem certos nunc commemoravi, etiam dicendus est Poëta incertus: cujus mentio apud Suidam, in Οἶνος. ὁ δὲ Κύπριος ποιητὴς φησὶν,

Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Cyprius verò poëta dixit;

Vinum certè, Menelaë, dii fecerunt optimum
Mortalibus hominibus ad dissipandas curas.

Postquam viros eruditione insignes nunc recensui, meritò Stasanorem addam, Solis natum, virum summâ dignitate, in militiâ Alexandri: quique post illius obitum, etiam provinciam sortitus fuit. Strabo de eo, ubi de hâc urbe agit, lib. XIV. Ἐντεῦθεν ἦν Στασάνωρ, τῶν Ἀλεξάνδρου ἑταίρων, ἀνὴρ ἡγεμονίας ἠξιωμένος. *Hinc erat Stasanor, unus de amicis Alexandri, qui principatu dignus judicatus*

fuit. Diodorus Siculus, lib. XVIII. ari hujus ſit, Σολίῳ, τὴν Ἀρείαν, (ἔδωκε,) καὶ Δραγγινήν. *Staſanori verò Soliò, Aréam, (dedit.) & Dranginam.* Paulò aliter eſt apud Arrianum, lib. VI. ἐνταῦθα δὲ Στασάνωρ ὁ Ἀρείων, καὶ Ζαράγγων, σατράπης ἧκε. *Huc etiam Staſanor venit, Areorum, & Zarangorum, ſatrapa.* Apud Juſtinum, Statanor ſcribitur, lib. XIII. *Aracoſſi, Gedroſique, Sibyrtio traduntur; Drancæ, & Arèi, Statanori.* Nec ſilendus nobis

Stipax, ſtatuarius: à Splanchnopte celebratus. Plinius, lib. XXXIV. cap. viij. *Stipax Cyprius uno celebratur ſigno, Splanchnopte. Periclis Olympii vernula hic fuit, exta torrens, ignem oris pleni ſpiritu accendens.* Ut nativitate verò illi Cyprum illuſtrârunt, ita morte

Ariſtarchus. Suidas, in Ἀρίσταρχος. Τελευτᾷ δὲ ἐν Κύπρῳ, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγὼν ἐνδείᾳ τροφῆς, νόσῳ τῇ ὕδρωπι ληφθείς. *Obiit autem in Cypro, inediâ ſeipſum ſubducens, morbo hydrope correptus.*

FINIS.

AUCTO-

AUCTORUM,

Qui hîc citantur,

INDEX.

Ma-

AUCTORUM,

Qui hîc illuſtratur, emendantur, aut errare oſtenduntur,

INDEX.

Numerus Romanus, librum; Barbarus, deſignat caput.

FINIS.



I N D E X

Rerum Verborumque

In

Rhodi Deſcriptione pertractatorum.

D.

Deus

E.

F.

G.

H.

He-

ἰξία.


Me-

Q.

R.

S.

Thu-



I N D E X

Rerum Verborumque

In

Cypri Deſcriptione pertractatorum.

A.

Alu-

Καιστό-

Cy-

D.

Fœ-

In-

Ly-

Pa-

I N D E X.

R.

S.

Sap-

Vo-

